Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43



COMMENTARIOLUS DE STATU FŒDERATI BELGII.

HAGÆ-COMITUM
Ex Typographia ADRIANI VLACQ.
1659.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

COMMENTARIOLUS
DE
STATU CONFOEDERATARUM PROVINCIARUM BELGII.

Editio quinta auctior & emendatior.

ACCESSIT

De eadem materia

PAULI MERULÆ

DIATRIBA

NEC NON

Decretum Ordd. Holl. & Weſt-Friſiæ, De Antiquo Iure Reip. Batavicæ,

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

HAGÆ-COMITUM,

Ex Typogr. ADRIANI VLACQ.

cIↄ Iↄ c L I X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

TYPOGRAPHUS

Lectori S.

COmmentariolus de Statu Fœderati Belgii quinta hac editione auctior jam prodit, additis & mutatis plurimis rebus quæ ad notitiam nobiliſſimarum & potentiſſimarum harum Provinciarum conducunt. Quis ſit Libri auctor, quandoquidem nomen appoſitum haud fuerit, non niſi ex aliorum fide mihi innotuit. Dicunt Boxhornium eum ſctipſiſſe & in Collegiis prælegiſſe, ac à Diſcipulis deſcriptum, publici tandem juris eſſe factum: Benè verò ſatis exceptum exinde conjicio quod toties jam recuſus fuerit. Exemplaribus igitur deficientibus, ſcriptum hoc prælo rurſus noſtro ſubjicere viſum fuit, atque quædam addere ex Scokio atque aliunde deſumpta, quæ huic materiæ non incongrua mihi viſa ſunt, diſpoſitis Capitibus eo ordine, quem tibi non diſpliciturum confidimus.

Habes hic brevem deſcriptionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

quibus de cauſis hæ Provinciæ ab Hiſpaniȩ Rege deficere, fœduſq; mutuum inire coactæ fuerunt, quod adeo fœliciter ſucceſſit, ut ad plenam libertatem ſe vindicarint, Paxque perpetua cum potentiſſimo Principe facta ſit. Habes hic formam regiminis illuſtris hujus Reipublicæ, cujus vires & potentiam univerſus Orbis cognoſcit per ea quæ Terra Marique geſta ſunt, & per celeberrima commercia quæ per totum Terrarum orbem à Mercatoribus Incolis inſtituuntur, ad ſtuporem atque fortaſſe ad invidiam multorum.

Diceres Naturam locorum ſitu & opportunitate aquarum omnia contribuiſſe quæ ad felicitatem ſplendidiſſimæ Regionis deſiderari poſſunt: Quicquid enim in toto Mundo inveniri poteſt, hîc tanquam ad communem officinam commodiſſimè advehitur, atque in alias etiam Regiones evehitur, magno univerſi orbis commodo & Incolarum emolumento. Quàm liberè, quàm ſecurè, quàm pacificè, quàm beatè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tè hic tanquã in communi totius mundi patria vivere liceat, notius eſt quam ut referre opus ſit.

Deus Statum hunc in ſuâ felicitate conſervet, de cujus perpetuitate vix dubitari poteſt, dummodo concordia quæ hactenus floruit remaneat.

Er-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Eraata Typographica.

Pag. 16. lin. 28. lege *ad illud.*
Pag. 17. lin. 10. lege *juſtitiæ vacantes.*
Ibid. lin. ult. lege *affectat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

INDEX CAPITUM

COMMENTARIOLI

De Statu Reipublicæ Fœderatorum Belgarum.

Cap. I. *BReviter proponitur occaſio, qua Reſpublica hæc conſtituta fuit, atque Vnionis Fœderatarum provinciarum leges recenſentur.* Pag. 1.

Cap. II. *Secundum proprium ſuum ordinem definiuntur Provinciæ, quæ ad Rempublicam Belgii, ſecundum Vnionem Vltrajectinam pertinent: diſtinctis ab illis appendicibus.* 15

Cap. III. *In quo conſiſtant Iura Majeſtatis.* 18

Cap. IV. *Quæ ratio fuerit ſupremi Conſeſſus, ſeu Ordinum quaſi Generalium uſque ad tempora Comitis Liceſtriæ.* 21

Cap. V. *In quo conſiſtat ſuperioritas Collegii Ordinum Generalium, & quænam exæquatur, quæ aliàs ab Ordinibus ſingularum Provinciarum expediri non poſſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſunt. 23
Cap.VI. *Quouſque ſe extendat poteſtas Ordinum Generalium.* 26
Cap.VII. *Quinam ad Collegium Ordinum Generalium delegari ſoleant, & quisnam inter delegatos ordo ſervetur.* 28
Cap.VIII. *De præſcriptione, quam Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Ordines deputatis ſuis ad conſeſſum Ordinum Generalium exhibent, eorundemque deputatorum coram eo juramentum.* 31
Cap.IX. *De Magno Concilio, quod extraordinarium eſſe ſolet.* 35
Cap.X. *De Conſilio Status, poſt Conſilium Ordinum Generalium ampliſſimo.* 36
Cap.XI. *De Ordinum in quacunque provincia poteſtate.* 39.
Cap.XII. *De Ordinibus Hollandiæ & Zelandiæ.* 42
Cap.XIII. *A temporibus Caroli V. Imperatoris in Belgio notati ſunt Gubernatores: qui duplices iterum fuerunt: enumerantur omnes illi uſque ad motus Belgicos.* 44

Cap.

Cap. XIV. *De ratione Gubernatorum in Belgio uſque ad mortem Guilielmi Primi, Auraci Principis.* 49
Cap. XV. *De Fœderati Belgii Gubernatoribus uſque ad annum* 1621. 53
Cap. XVI. *De Fœderati Belgii Gubernatoribus, uſque ad annum* 1651. 56
Cap. XVII. *De Gubernatoris munere.* 59
Cap. XVIII. *An Fœderatæ provinciæ poſſint ſubſiſtere ſine Gubernatore.* 62
Cap. XIX. *De opibus, quibus Fœderatorum Belgarum res ſuſtentantur.* 65
Cap. XX. *De præcipuis munimentis, quibus Domi aut Foris Fœderatorum Reſpublica ſuſtentatur.* 70
Cap. XXI. *De Fœderibus, quæ Fœderatæ Reipublicæ cum exteris Principibus aut populis intercedunt.* 82
Cap. XXII. *De cura rei maritimæ & ſupremis Architalaſſicis conciliis, ejus tuendæ cauſa à Fœderatorum communitate inſtitutis.* 90
Cap. XXIII. *De ſingulari Vrbium Hollandicarum Regimine.* 59

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Cap. XXIV. *De tributis ac vectigalibus: quotuplicia illa ſunt. Denique de eorum colligendorum per univerſam Hollandiam ratione.* 101.

Cap. XXV. *De Collegiis Societatum Vtriuſque Indiæ, quibus in Orientem atque Occidentem navigatur.* 117

Cap. XXVI. *Quid de perpetuitate aut duratione fœderatæ hujus Reipublicæ judicandum ſperandumque ſit.* 139

Quibus ſubjuncta eſt

PAULI MERULÆ *de Statu Reipublicæ Batavicæ Diatriba.* 147

Item,

Decretum Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ, de Antiquo Iure Reipublicæ Batavicæ. 160

Nec Non,

Articuli Pacis, Vnionis & Confœderationis inter Angliam & Fœderatum Belgium.

COM-

COMMENTARIOLUS
DE STATU
FOEDERATI BELGIJ

CAPUT I.

Breviter proponitur occaſio, qua Reſpublica hæc conſtituta fuit.

COnſideraturi ſtatum Reipublicæ Belgarum fœderatorum, (ſive ejuſdem formam, modum, atque conditionem) ante omnia ediſſerere convenit, qua occaſione Reſpubl. hæc per fœdus indiſſolubile ex pluribus populis, (quorum tamen intererat vim diſperſam in unum coire) velut ex diverſis elementis coaluerit: quod quoniam commodè præſtari non poteſt, niſi paulò altiùs omnia accerſantur, paucis præterita ſecula luſtrabimus, quò commodiùs præſentis Reipubl. facies delineari queat.

Quemadmodum ergo ſingulari Dei moderamine pleræque Belgij Provinciæ ad Philippum cognomento Bonum devolutæ ſunt, ſic per Carolum Audacem, ejuſque filiam unicam Mariam ad Maximilianum Auſtriacum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

cum, & ab eo ad Philippum Pulchrum, illiuſque filium Carolum, quintum ejus nominis inter Imperatores, pervenerunt.

Carolum excepit Philippus II. filius, cui præmiſſis ſerijs admonitionibns de obſervandis Belgarum privilegijs, regimen Belgicarum Provinciarum Carolus ipſe vivus & valens Bruxellis ceſſit 25. die Octob. anno 1555. circa quod ne fortè quid innovaret, aut faciles aures innovationem ſuadentibus præberet, ipſe Philippus præſtitit ſolenne juramentum de obſervandis privilegijs, cujus hæc clauſula extitit: *Et ſi nos aut ipſi, aut per alium quemvis, aut etiam hæredes, poſterive noſtri, contra hæc aut univerſa, aut ſingula, quocumque modo fecerimus: Conſentimus, volentique animo permittimus ijſdem noſtris Prælatis, Baronibus, Equitibus, Civitatibus, municipijs, omnibuſque noſtris jam dictis, ut nobis, noſtriſve hæredibus, aut poſteris, nullum omnino nobis obſequium præſtent, neque ulla in re, qua nobis opus ſit, quamvis ab ipſis petemus, aut requiremus, pareant, donec quod ita commiſſum fuerit, correxerimus, reſtituerimus, ab eoque plenè deſtiterimus, atque renunciaverimus.* Simulque acceſſerunt ſeria patris monita, eò ſpectantia, ne audiret eos, qui fortè conſulturi eſſent, Belgicas provincias, ad modum aut Caſtiliani regni, aut Indiæ adminiſtrandas eſſe.

Cæterùm immemor tum paternorum monitorum, tum ſacroſancti juramenti Philippus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

lippus II. eſſe cœpit, ex quo abijt in Hiſpaniam: (accidit hoc d. 26. Sextilis anno 1559.) relictâ enim in Belgio Margaretâ Parmenſi, titulo Gubernatricis, eique adjuncto Cardinale Gravellano. I. Diram illam inquiſitionem Hiſpanicam in liberas terras introduxit, atque intolerandam in conſcientias tyrannidem exercuit. II. Eo fine novos quoque Epiſcopos, tum Hiſpanicæ dominationi, tum inquiſitioni in Belgio novæ & inauditæ addictiſſimos, inconſultis Ordd. invitoque Clero, cui magna pars redituum annorum adimebatur, novis Epiſcopatibus præfecit. III. Ordines liberum Concilium, in quo de remedio in commune conſultaretur, flagitantes, præfractè audire recuſavit. IV. Nova & intoleranda tributa, obloquentibus fruſtra Ordinibus, impoſuit. V. Everſis ordinarijs tribunalibus, novum, ſanguinarium vulgò dictum, conſtituit, in quo coram judicibus Hiſpanis ſæpius de capite, quam de fortunis diſputari ſolet. VI. Non tantùm aliquot millia è vulgo, ſed primarij proceres, Comes Egmondanus & Hornanus falſis criminibus circumventi, ac deinceps capitis damnati fuerunt. VII. Montigniacus, & Comes Bergenſis oratores in Hiſpaniam miſſi ad perferenda populi mandata, primò in carcerem conjecti, & dein interfecti ſunt; hoc quidem clanculario veneno ſublato, illo verò in propatulo ſecuri percuſſo. VIII. Liberis civitatibus præſidia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Hiſpanica, à quibus tyrannicè habiti ſunt cives, impoſuit. IX. Nobilitati Belgicæ præter omnem rationem omnes prærogativas, atque privilegia eripuit. Denique omnibus modis laboravit, liberas provincias jure ſuo, quod ſe ſartum tectumque ſervaturum eſſe, ſanctè promiſerat, exuere, ut in ijs pro libitu quemadmodum in Indijs ſolet, dominari poſſet, atque ſubmotis Belgijs, per Hiſpanicos miniſtros quidvis impune perpetrare.

His ſimilibuſque malis non tam fatigati, quàm oppreſſi Belgij Proceres, ſcutum ante, quam gladium arripuerunt. Eòque I. Ordines Brabantiæ ad arcendos novos Epiſcopos, ex concilio Principiſſæ Parmenſis anno 1562. legatos in Hiſpaniam miſerunt, qui Regi privilegia ſua exponerent: Sed ultra annum & amplius detenti, ac deluſi, vaniſque promiſſis onerati, domum redierunt. Quod & accidit Montigniaco, qui eadem de cauſa eodem anno à Principiſſa, & Equitibus aurei velleris ad Regem orator erat miſſus. II. Iterato anno 1565. Legatus in Hiſpaniam miſſus eſt Comes Egmondanus: Sed quamvis ſæpè cum Rege egerit, promiſſum tamen Inquiſitionis moderamen non ſenſit Belgium. III. Toties deceptis Belgis, qui inter eos nobilitate præſtabant (licet plerique eorum Papanæ adhærerent religioni) magno numero ad mutuam defenſionem & ſecuritatem fœdus inierunt anno 1566. IV. Confœderati

nobiles

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

nobiles eodem anno, Principiſſæ ſupplicem obtulerunt libellum, quo humillimè & obnixè petebant, aut veriùs implorabant, ſanguineorum edictorum abolitionem: Sed præter abjectum Geuſiorum titulum, nihil impetrarunt. V. Eodem anno nomine Principiſſæ, & confœderatorum nobilium, in Hiſpaniam ablegati Montigniacus, & Comes Bergenſis, contra jus gentium cuſtodiæ mandati, & interfecti ſunt. VI. Licet inter Principiſſam, & nobiles confœderatos conveniſſet æquis conditionibus, nihilominus Albanus Dux cum delecta Hiſpanorum militum manu in Belgium anno 1567. ad Inquiſitionem invehendam, & privilegia opprimenda, miſſus eſt. Ipſa Parmæ Principiſſa admirante, exercitum, ſub tam immanis crudelitatis duce, in Belgium per ſe jam ante pacatum, à Rege immitti.

Fatigatâ per quadriennium, hunc in modum patientiâ Ordinum Belgicorum, animi eorum ſeriò tandem irritati fuerunt ſupplicio, quod Albanus dux de Comite Egmondano & Hornano, per omnia inſontibus, ſumpſit Bruxellis anno 1568. menſe Junio: Ex quo tempore, multi eorum de vindicta cogitare cœperunt. Quæ enim anno præcedenti arma duce Brederodio paraverant, ad vitæ fortunarumque defenſionem neceſſariam ſolummodo parata erant.

Ab eo tempore uſque ad Pacificationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Gandavenſem; variâ fortunâ, cum Hiſpanis luctati ſunt Belgij Proceres, certante quaſi cum libertate fide; nihil enim ad pacem poſtliminio reſtituendam reliqui fecerunt. Per illam autem anno 1576. 8 die Novemb. cunctæ Provinciæ (omnibus & ſingulis libertate religionis ſuæ conceſsâ) arctiſſimâ unione ſe obſtrinxerunt ad mutuam defenſionem, & auxilium contra Hiſpanos, cum ante, anno 1572. d. 19. Iulij, Ordines Hollandiæ, inſtituto Dordraci Nobilium, delegatorumque ex pleriſque urbibus conventu, bellum contra Albanum decreviſſent.

Cum verò Philippum II, (cujus honori nimium quantum pepercerant) nulla ratione ad ſaniorem mentem revocare poſſent, multæque Provinciæ à pacificatione Gandavenſi ſe ſubduxiſſent, inita ante anno 1579. inter Provincias, quæ & hodie inde unitæ vocantur, Unione Ultrajectinâ; Hagæ congregati, qui unioni illi adhærebant Ordines, qua Pontificij, qua Reformati, 26. die Julij anno 1581. pronunciarunt eum imperio excidiſſe. Quod facere illis licuit non tantum propter plurimas graves rationes: ſed etiam ex vi pacti, cujus jam antea obiter facta fuit mentio. Hoc quippe à Philippo violato, ipſi Ordines cum Provincijs commiſſis, omni obſequij vinculo ipſo jure exſolvebantur. Neque hoc novum fuit in Belgio: Jam olim enim Johannes ejus nominis III. Dux Brabantiæ, quod parum memor

memor eſſet conditionum, quibus erat receptus, ab Ordinibus ejus Provinciæ motus erat, ſuffecto ejus fratre Philippo.

Atque ſic ab anno 1579. ab ea ipſa, cujus jam meminimus, ſive ab Ultrajectina Unione, quædam Belgij *Provinciæ Unitæ* ſive *fœderatæ* dici cœperunt. Non tamen omnes illæ, quæ ſeptenario numero, fauſto haberi jam olim ſolito, definiuntur, initio in confœderationem hanc nomen dederunt. Ut enim Annales libri nobis teſtes ſunt, in hanc arctiorem Unionem primo conſenſere Geldriæ plenipotentarij, ut & Zutphaniæ, nec non integra Hollandia, Zelandia, diœceſis Ultrajectina, ut & Friſia Omlandica inter Amaſim & Lavicam: Quibus poſtea ſe conjunxit Gandavum, ac ſpeciatim nobilitas deſtrictus Noviomagenſis, & Arnhemenſis, minoreſque Velaviæ civitates, ut & plerique Friſiæ Grietmanni cum præcipuis urbibus ejuſdem Provinciæ, ſimulque Antverpia, Ipera, atque Breda; Tranſiſalania poſtea ſuccedente, cum Groninga anno 1594. d. 23. Julij, tum ex pacto, tum ex arbitrio Ordinum reliquarum Provinciarum. Ultrajectinæ iſtius Unionis leges hæ ſunt.

I. *Geldria, Hollandia, & cæteræ ditiones æterno fœdere ita ſibi invicem illigantor, ac ſi una omnium ditio foret: A fœderatis ſive teſtamento, ſive codicillis, ſive donationibus, ſive ceſſionibus, venditionibus, contractibus, pactis, matrimonijs*

Principum, aut aliâ aliquâ ratione æternùm non divelluntor.

II. *Singularia tantùm privilegia, ſingulareſque libertates, immunitates, jura, ſtatuta, conſuetudines à Majoribus accepta, cuncta integra & illibata ſingulæ ditiones ſibi conſervanto, in iis conſervandis tuendiſque aliæ alias quavis ope adverſus quoſvis juvanto: Sin autem harum rerum cauſa controverſiæ quædam liteſque inter has & iſtas ditiones exortæ ſint, aut exoriantur, eæ ordinaria Iudicum ſententia, vel quorundam arbitrio, aut amico contractu deciduntor, ſopiuntor: Quamdiu deciſæ illæ aut ſopitæ non fuerint, nulla ditio alteri ditioni noxam aut damnum inferat,*

III. *Eædem ditiones invicem ſeſe adverſus quamvis vim ab Hiſpanis, aut eorum nomine ab aliis inferendam bonis ac ſanguinis impenſis juvare tenentor. Quicquid ſingulis ditionibus evenerit, omnes ad ſe pertinere arbitrentor.*

IV. *Eædem ditiones adverſus quoſcumque, ſive indigenas ſive exteros Principes Dominoſve, hoſtilia quocumque tandem nomine, & ob ſingulares controverſias ſingulaſque tantùm ditiones ſpectantes inferentes, invicem ſe optima fide defendere conſtrictæ ſunto, iis copiis tantiſque opibus, quantæ plurium Fœderatorum conſenſu requiri videbuntur.*

V. *Quo eædem ditiones, urbes & membra hujus fœderis adverſus vim omnem & irreptiones hoſtium tutiores ſint, limitaneæ civitates, a-*

liæque, ubi id conſultum videbitur, communibus opibus, ex communi Fœderatorum arbitrio & conſenſu muniuntor, ſumtuſque in eam rem ſufficiunto ſingulares illæ ditiones, quarum urbes arceſque muniendæ videbuntur. Sin verò conſultum videbitur novas arces, novaque militiæ opera alia exſtruere, aut vetera demoliri, eorumve formam mutare, omnes fœderatæ ditiones pariter impenſas præſtanto.

VI. *Quò autem opes idoneæ præfatis alijſque belli ſumptibus ſufficiant, ad earundem ditionum defenſionem, in ſingulis eâdem formâ, ijſdemque legibus vectigalia cujusvis vini, cerevisiæ, frumenti, ſalis, panni, ſerici, majorum jumentorum, conſitorum agrorum, paſcuorum, mercium in publicis libris expendendarum nomine, communi conſilio & conſenſu exiguntor. Regalia quæ ad Hiſpaniarum Regem hactenus Ditionum harum Dominum pertinuere, ſi opus in eundem uſum convertuntor. Æs ex præfatis vectigalibus collectum, in uſum & defenſionem communis cauſæ tantùm deſtinator. Eadem vectigalia prout minor aut major neceſſitas flagitabit, ex communi conſilio minuuntor aut auguntor.*

VII. *Limitaneæ Civitates, quævis militum præſidia ex Fœderatorum juſſu accipere & admittere tenentor, ſtipendia illis, communibus omnium ſumptibus perſolvuntor. Et quò earumdem Vrbium ſecuritati magis proviſum ſit, præſidiarij illi milites, eorumque præfecti fidelitatis juramentum non modò generatim omnibus fœ-*

deratis, ſed etiam illarum Vrbium Magiſtratibus ſingulatim dicunto. Quò, ne oneri civibus ijdem milites ſint, diſciplinæ militaris accuratiſſimæ quàm primùm cunduntor leges. Præſidiarius miles à vectigalibus ſolvendis immunis non eſto. Civibus hoſpitij nomine, quòd militibus præbituri ſunt, certa pecuniæ ſumma ex fœderatorum ærario perſolvitor.

VIII. *Quotquot ætatis annum* 18 *attigere, & ſexageſimum nondum emenſi ſunt, poſt exactum à condito hoc fœdere menſem unum in omnibus Fœderatorum ditionibus luſtrantor, eorumque nomina & numerus Supremo* Fœderato*rum conſenſui exhibentor; quemcumque autem illorum uſum eſſe voluerint, Fœderati ex communi conſenſu ſtatuunto.*

IX. *Non niſi ex communi omnium aſſenſu, & omnibus pariter probantibus, nemine refragante, pax, bellum, aut induciæ ineuntor, vectigalia, aut tributa indicuntor. Res cæteræ ad executionem & adminiſtrationem hujus fœderis ſpectantes, plurium inter Fœderatos ſuffragijs ineuntor, aguntor & executioni mandantor. Si tamen belli aut pacis, aliarumve majorum rerum nomine inter ſe convenire haud poſsint Fœderati, arbitrio, donec aliud ſtatutum fuerit, Gubernatorum ſingularum ditionum res controverſæ ſubmittuntor, eorum arbitrium ſequi fas omnes eſto.*

X. *Singulæ prædictarum ditionum confœderationem, ligam aut unionem cum vicinis alijſque exteris Principibus aut populis ineundi propriâ*

aucto-

auctoritate, ſine omnium fœderatorum conſenſu poteſtatem non habento.

XI. *Si qui vicini Principes, Domini aut populi huic etiam fœderi velint illigari, ad id ex communi conſenſu admittuntor.*

XII. *Eandem monetam probanto omnes, & eandem omnes improbanto. Quod monetariam rem ſpectat, de ea ex omnium conſenſu leges quàm primùm promulgantor, eaſque omnes ſequuntor.*

XIII. *Quod publicum Religionis exercitium permittendum, vel non permittendum ijs, qui à Reformata diverſi ſunt, ſpectat, ſingulæ ditiones deco pro arbitrio ex uſu ſuo ſtatuunto, interim libertatem Religionis conſcientiæque cuivis indulgere omnes tenentor, neminem ejus cauſa perſequuntor, aut negotium faceſſunto.*

XIV. *Si quæ, quod non faxit Deus, inter quaſdam ex ditionibus fœderatis controverſiæ extiterint, cæteræ ditiones, quas controverſiæ illæ non ſpectabunt, pacis publicæ cauſa eas ex jure æquo & bono decidendi poteſtatem habento. Sin verò omnes generatim ditiones oblatæ controverſiæ ſpectaverint, ditionum ſingularum Gubernatores, eodem, quo ſupra dictum eſt, modo ſententiam pronuncianto.*

Deciſio ejuſmodi controverſiarum ultra menſem non differatur, & quia intereſt hujus imprimis Reipublicæ, concordes inter ſe agere has ditiones, ac idcirco ejuſmodi lites non trahi aut proferri poſt ſententiam, ſive ab alijs ditionibus, ſive à Gubernatoribus latam, appellationi, exceptio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ni, reviſioni, nullitati locus non eſto.

XV. *Eædem ditiones, urbes & membra, ne exteris Principibus, populisve belli Fœderatis inferendi occaſionem præbeant, ante omnia cavento. Idcirco cum exteris æquè ac indigenis ex jure æquo & bono, & eodem modo agunto. Si quæ ditio hanc legem infregerit, quovis pacto eam ad obſervationem ejus compellere cæterorum Fœderatorum muneris, curæ ac poteſtatis eſto.*

XVI. *Singularum ditionum Ordines aut Præfecti aliarum ditionum, quæ huic fœderi ſe dederunt, dabuntve, ſubditos ultroque citroque commeantes, alijs aut majoribus oneribus, quàm cives domeſticos non premunto.*

XVII. *Quò autem communis Fœderatorum Reipublicæ adminiſtratio rectè inſtituatur, & conſilia publica optimè ineantur, omnium Fœderatorum nomine Plenipotentiarij quidam conſtituuntor. Illi ſtatum diem & locum conventui Ordinum ſingularum ditionum indicunto. Gravamina ſive capita, de quibus agendum erit in tempore ad eos tranſmittunto, ſi quæ tamen ejuſmodi ſint, quæ hactenus tegi & clam haberi expediat, ipſis majoribus omnium Fœderatorum Comitijs & conventui ſervantor. Vocatæ & monitæ in hunc modum ſingulæ ditiones legatos ſuos idonea inſtructos authoritate, ad indictum diem & locum Comitijs, aut Conventui Fœderatorum omnium mittunto. In his Comitijs plurium ſententiæ paucorum ſuffragijs præferuntor, ijs exceptis maioribus rebus, de quibus modò*

di-

dictum eſt. Quod ſi ditiones quædam legatos ſuos idonea inſtructos authoritate ad indictum diem & locum mittere neglexerint, nihilominus reliquarum Legati, qui præſentes ſe ſiſtent, quid agendum conſulendumve videbitur, conſulunto, decernunto, & decreta haud aliter, ac ſi omnes Comitijs interfuiſſent mandanto. Sin verò res ejuſmodi veniant in deliberationem, quæ moram pati poſſe videbuntur, iterum atque tertiò Ordines ditionum, quarum Legati abſuerunt, monentor & Legati evocantor; quibus verò integrum non erit ad ea Comitia Legatos ſuos amandare, ſcripto ſententiam ſuam complecti, eamque tranſmittere liceto.

XVIII. *Si quæ talia ſingularum ditionum Ordines cognoverint exiſtimaverintque, de quibus omnium Fœderatorum conſilia exquiri debeant ac expendi, eorum indicium Plenipotentiarijs, quibus evocandorum Ordinum poteſtas eſt, faciunto: Plenipotentiarij autem eo nomine omnium fœderatorum Conventum indicunto.*

XIX. *Si de mente aut Interpretatione harum legum controverſiæ quid obortum ſit, aut in ea obſcurum, ſententia plurium ex Fœderatis ipſarum legum ſententia & mens cenſetor.*

XX. *Si novas verò leges addere, aut receptas mutare vel augere pro occaſione neceſſarium fuerit, de ijs ex omnium ſuffragio & conſenſu ſtatuunto.*

XXI. *Has leges omnes ſanctè obſervanto, in eam rem ſolenni juramento ſe obſtringunto. Si*

quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

quid in contrarium aut directè aut indirectè factum fuerit, nullum atque irritum cenſetor, eorumque qui contravenerint, & contravenire perſtiterint, bona, urbes, arces, agros, cæteris invadere licitum & iuſtum erit. Si denique beneficio iuris quid his legibus adverſum ſit, præſertim illius, quo ſtatuitur generalem renunciationem locum non habere, niſi ſpecialis præceſſerit, ſinguli Fœderati renuncianto.

Hæ ſunt illæ leges, quæ initium huic Reipublicæ fecere, ita hodie omnes accuratiſſimè adhuc obſervantur; niſi quod articulum decimum tertium, continentem ea quæ religionem ſpectant, Generales Fœderati Belgij Ordines Anno 1583. ita determinarunt & immutarunt.

Quandoquidem articulorum quorundam amplificatio, deductio & mutatio unione Vltraiectina conceſſa erat, cum provinciarum ſecuritas & ſalus illam requirere viderentur: Ordines penitus decimum tertium articulum introſpicientes communi conſenſu ſtatuerunt: nullam religionem aut eiuſdē exercitiū admittere in poſterū, quàm quæ publicè in ſeptem Fœderatis Provincijs docetur, nempe Reformata. Si tamen quædam provinciæ, membra aut urbes religionis Pontificiæ huic fœderi accedere vellent, ijs religionis libertas integra ſervaretur: modo reliquis eiuſdem fœderis articulis ſubſcriberent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPUT II.

Secundùm proprium ſuum ordinem definiuntur Provinciæ, quæ ad Remp. Belgij, ſecundùm Unionem Ultrajectinam pertinent; diſtinctis ab illis appendicibus.

RUditer delineatâ fœderati Belgij Republicâ, deinceps deſpiciendum, quæ Provinciæ ad fœdus pertineant. Obſervandum ergo ante omnia, non omnes urbes, quæ ſubſunt Ordinum Generalium curæ, ſimul in fœdere cenſeri, ſuoſque Legatos Hagam Comitum mittere, ſed quod poſtea acceſſerint armiſque ſubactæ fuerint, velut Provincias apud Romanos, haberi. Petiere quidem, maximè quæ plures numero per Dei armis Belgarum benedicentis gratiam Brabantiæ paulatim ſubtractæ fuerunr, admitti in ſupremi regiminis ſocietatem: cæterum hactenus locus ijs non eſt factus, tum quod magnis impenſis eſſent ſubactæ, Hiſpanicoque jugo ſubtractæ; ad hoc non ſufficerent ferendis ſufficientibus oneribus pro communis fœderis defenſione; tum maximè quod æquum videretur Rempubl. conſtitui ab ijs Provincijs, quæ primæ ad eam fundandam ſignum ſuſtulerant; nec ſine ratione metueretur probatæ concordiæ pluribus

bus in ſuffragij jus admiſſis. An vero eædem Brabantiæ urbes, ex Dei benedictione ad numerum octonarium redactæ; videlicet Sylvaducis, Breda, Bergizomium, Moſę-Trajectum, Gravia, Steenberga, Eindovia, & Helmontium, cum pagis plurimis, mereantur ad modum Drentiæ, habere proprios ærarij inſpectores, independentes ab Ordinibus Generalibus, ulteriori diſquiſitioni hactenus reſervatur. Interim ab aliquot annis jam dictæ Brabantiæ urbes tribunal habent, vacans inſtar ſupremi judicis, ad quem ultima ſolet eſſe provocatio, cauſis per modum appellationis aut reformationis ad illud devolutis. Conſtitutum hoc eſt Hagæ-Comitum, ab anno CIↃ IↃ XCI. ornaturque à ſeptem Senatoribus, Graphiario, Advocato Fiſci, & Procuratore Generali, cognoſcitque non ſolum de cauſſis, quæ per rationem appellationis aut reformationis ad illud deferuntur, verum etiam coram eo omnia Feuda Brabantica, revelantur, omneſque feudales cauſſæ diſcutiuntur Quomodo & Medioburgi in Zelandia conſtitutum eſt tribunal Flandricum, pari ratione vacans tum negotijs Feudalibus, tum etiam reliquis cauſſis, quæ per modum appellationis ex ijs locis, quæ Ordines Generales ſubegere, illud devolvuntur: Ad quod præter Præſidem & ſeptem Senatores, Advocatus Fiſci, Superintendens Feudorum, & Procurator Generalis, cum Graphiario pertinent.

His

His Brabantiæ, ac Flandriæ urbibus, diſtrictibus, atque propugnaculis fere adæquata eſt Drentia: Quanquam enim jus habet eligendi ſibi Gubernatorem, & more reliquarum Provinciarum ad ferenda ordinaria onera concurrit, ambulatoriumque per pagos habet tribunal, à quo ulterior non datur provocatio (vulgo de *Lottinch* vocant) nec non quoque Delegatos Ordines ærario & injuriæ vacantes; Satrapam ſcilicet cum quatuor deputatis, in Comitijs ſolennibus in pago *Aſſen* haberi ſolitis, conſtitutis; hactenus tamen Delegatos ſuos in Ordinum Generalium Conſeſſu non habuit: tum quod initio in fœdus nomen non dederit; tum etiam quod poſtea nulla fuerit occaſio per certæ urbis deditionem fœderis Privilegia paciſcendi, præter Covordiam quę adhuc controverſi juris eſt, vix ullo municipio (Meppeliam, pagum referentes, ſi excipias) in ea occurrente; ad hoc in hunc uſque diem diſtincta ea manente à vicinis Provincijs, ex quibus ſi eligeret unam (hac ipſa tamen una conſentiente,) quo cum ea in unum quaſi corpus coaleſceres, per illam ad moderamen ſupremorum negotiorum ex ordine forte expeditius pervenire poſſet. Drentiæ in reſcriptis Conſilij Status jungi ſolet Dominium Rhunenſe, perantiqua Munſterianæ familiæ ditio, quod tamen Drentiæ ſe ſubducere etiam hoc tempore laborat, ſuique arbitrij, & juris eſſe affectat.

Pertinent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Pertinent vero ad fœdus, ejuſque per ſuos Delegatos defenſionem, Geldria, Hollandia, Zelandia, Trajectum, Friſia, Tranſiſulania, Groninga, atque Ommelandia, quarum ſeptem Provinciarum, totidem ſagittis adumbratarum, auſpicatam unionem, Leo arctiſſimè ſeptem ſagittas complectens repræſentat, ſervire propterea quoque ſolitus ſigillo Ordinum Generalium, vice characteris conſignificantiſſimi non minus quam candidiſſimi. Ordo jam notatus, inter ſeptem provincias uti uſitatus fuit à primordijs Unionis Ultrajectinæ; ita ratione Ultrajectinæ diæceſios, atque Friſiæ aliquando quæſtio mota fuit, hac præ illa provincia prærogativam in ſeſſione ſibi arrogante: At, uti hactenus tuta Ultrajectinis eſt poſſeſſio; ita ἀκόνητα μὴ δεῖ κονέειν, plauſibileſque, pro Vltrajectinis hæ duæ rationes militant; quod olim Friſia, quod ad jura Canonica paruerit illi Epiſcopo, quem hodie Vltrajectini ordines repræſentant; ad hoc multis civitatibus Friſiæ dubijs etiamnum, tota Vltraiectina provincia in Vnionem Vltrajectinam nomen dederit.

CAPVT III.

In quo conſiſtant jura Majeſtatis.

QVum omnis Reſpublica duobus veluti vinculis connectatur, poteſtatis ſcil. & ſub-

ſubjectionis, duo illius quaſi membra oriuntur, unum eorum qui præſunt, & alterum eorum qui ſubſunt. Qui præſunt, aut conſiderantur cum ſumma poteſtate, aut qualicunque ſolum imperio. Summa poteſtas vulgò Majeſtas dicta (aut quod vocabulum in Ariſtocratico regimine eſt gratius, *Libertas*,) conſiſtit in ſummis tum conſtituendæ, tum conſtitutæ Reipubl. conſervandæ muneribus ac juribus. Quæ vulgò duplicia conſtituunt Politicorum Filij; majora ſcil. & minora. Ad illa potiſſimum referri ſolent ſequentia: Leges tum univerſis, tum ſingulis dare, Magiſtratus & dignitates conſtituere, bellum indicere, idem illud pace finire; omnium judiciorum ordinationes & provocationes habere, vitæ atque famæ aliquos reſtituere: & quæ ſunt hujus farinæ plura. Ad hæc verò, ſive minora, communiter referuntur; pœnarum ſive mulctarum compendia, vectigalium ac tributorum indictio, Academiarum erectio, & monetæ jus.

Quò verò convenienter ediſſeri queat, quomodo hoc Majeſtatis tum ſuperioris, tum inferioris exercitium, fœderatæ Belgicæ conveniat, triplex ante omnia error detegi dabet. I. Majeſtatem numquam conveniſſe uni Gubernatori, qui ſimul fuit ſupremus exercitus Imperator; quod perſuaſum videtur eſſe Barbaris ex extrema aut Africa, aut utraque India, qui ut aſſueti ſuut Monarchico, ſi non tyrannico potius imperio, literas, quas ad hunc

ſtatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſtatum dant, uni Gubernatori inſcribere ſolent. II. Supremum Majeſtatis exercitum non eſſe apud ſolos Ordines Generales, nec fœderatas Provincias aliter ſupremo Majeſtatis jure gaudere, quam quatenus communi Ordinum Generalium imperio ſubſunt atque reguntur: Cum cujuſque Provinciæ Ordines in ſua Provincia ſuperioritatem, atque cum ea jura Majeſtatis obtineant, Ordineſque Generales, ea ſolum procurent atque exequantur, in quæ, tanquam in commune omnibus ſeptem fœderatis Provincijs utilia, per Vltrajectinam Vnionem conſenſum fuit. Quæ fœderis negotia, ut pro ſalute omnium Provinciarum expediunt Ordines Generals, qui ſunt ſingularum Provinciarum delegati; ſic quædam ad Majeſtatis jura pertinentia exequuntur, quæ non niſi communibus ſuffragijs conjunctim, nequaquam verò diviſim, à quaque Provincia, exerceri per fœderis leges placuit. Quomodo antehac etiam Gubernator, idemque ſupremus militiæ præfectus quædam aut ex indultu, aut ex pacto, etiam ordinis gratia, quod minus commodè per plures alias ea exerceri poſſint, exequi ſolet. Interim tamen error *Tertius* ab exteris, iiſque non longè diſſitis, ſed propè vicinis committi ſolitus, omnino tangi debet. Ab Hollandis non ſolùm univerſus ſtatus federatorum Belgarum denominatur; verùm etiam ijſdem (aliàs potentiſſimis inter fœderatos) ea accepta referuntur, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

omnium Provinciarum auſpicijs,communique conſilio atque opera expedita ſunt.

CAPVT IV.

Quæ ratio fuerit ſupremi Conſeſſus, ſeu Ordinum quaſi Generalium uſque ad tempora Comitis Liceſtriæ.

CVm primum conveniretur in perpetui fœderis leges, Artic. 17. Vnionis Vltraectinæ decretum fuit, ut quotieſcumque confœderati, deliberaturi de certis capitibus in certum locum convocarentur, eo mitterent ſuos delegatos: Qui ut ſub initium, rebus nondum confirmatis, ſæpius indictis ante Comitijs convenerunt, ita præ cæteris occupati fuerunt in ferendis talibus legibus, quibus res fœderis domi militiæque ſtabiliri, atque in perpetuum ſartæ tectæque præſtari poſſent, ipſi vero qui conveniebant, quod ſupremam poteſtatem in ordinandis fœderis negotijs obtinerent, titulum Ordinum Generalium fœderati Belgij aſſumpſerunt.

Sed cum ob varia impedimenta, quibuſcum fœderatorum Belgarum Reſpubl. eo tempore luctabatur, Comitia haud ſemper convenire poſſent, & vel maximè ex re eſſet, perpetuum aliquem Senatum eſſe, qui fœderis negotia curaret, placuit initio conſtitui quoddam Statu

tu

tus conſilium, (vulgo *den Raedt van Staten*) quod conſtabat Gubernatore ſupremo Provinciæ ſingularum ditionum, quæ ad fœdus pertinebant, legatis, curatore ærarij, & Secretarijs tribus; nullumque ſtabilem ſedem habebat, non ob ſpecialem quidem cauſam, ſed quod Belgarum negotia eo tempore, quam maxime adhuc fluctuarent. Capita muneris, ad quorum obſervationem, ſub juramento quoque, Conſilij hujus aſſeſſores aſtringebantur, præcipua hæc erant. I. In muneris ſui executione non habituros rationem tantum earum ditionum, à quibus delegati erant, ſed omnium fœderatarum Provinciarum ac ditionum in communi. II. Se obſervaturos leges ab Ordinibus Generalibus præſcriptas. III. Curaturos commune fœderatorum ærarium, atque ex eo ſoluturos ſtipendia ijs, quibus deberentur. IV. Curaturos ne quid detrimenti fœderati capiant, turbenturve fœderis negotia. V. Singulis ternis menſibus ſumma omnium ſuarum conſultationum, ut & accepti atque expenſi rationes tranſmiſſuros eſſe ad ſingularium ditionum Ordines. VI. De gravioribus negotijs conſulturos eſſe ipſos Ordines Generales, eoſque ſecundum d. artic. 19. Union. convocaturos ad Comitia. Quod poſtremum caput ex conſuetudine, quæ legis interpres eſſe ſolet, ſic acceptum fuit, ut negotia aut maximi debuerint eſſe momenti, aut talia, quæ moram aliquam ferre poſſent.

Poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Poſtea cum fœderatorum res ex Dei benedictione magis atque magis confirmari inciperent, Comeſque Liceſtriæ, Elizabethæ Angliæ Reginæ vicarius in fœderatis Provincijs, redux ex Anglia exſpectaretur, ac jure merito metueretur, ne quemadmodum antea, aut ipſe, aut quis nomine ejus delegatus, ſedendo in Conſilio Status, tum arcana ſtatus rimaretur, tum ſua præſentia tragulam in poſterum multis deliberationibus injiceret, placuit præter hoc Conſilium Status, ſupremum Ordinum Generalium Conſilium Hagæ Comitum perpetuo ſedem habiturum, conſtitui; Conſilioque Status tanquam ſubſidiario hujus, minora duntaxat negotia expediunda relinquere. Niſi quis pro Conſilio, eundem nunc ampliſſimum Conceſſum, potius Collegium vocare voluerit propter conſeſſus aſſiduitatem & perpetuitatem.

CAPVT V.

In quo conſiſtat ſuperioritas Collegij Ordinum Generalium, & quænam exequatur, quæ aliàs ab Ordinibus ſingularum provinciarum expediri non poſſunt.

AB illo tempore, Anno ſcilicet 1587. aut præter propter, ſupremum moderamen nego-

negotiorum fœderis manſit apud Ordines Generales, ſupremumque eorum Senatum; qui quoniam conſtat delegatis ſeptem Provinciarum, quarum terminos ſupra definivimus, ſuperioritatem ſive Majeſtatem non tantum eminenter complectitur, ſed etiam quædam, ratione fœderis Majeſtatis jura exequitur, quæ à ſingularum Provinciarum Ordinibus expediri non poſſunt. Nam *primò* ſupremus hic Senatus ſolus audit exterorum Principum & Rerumpubl. Legatos ad fœderatos Belgas miſſos; ac viciſſim Legatos pro communi omnium Provinciarum bono ſuo nomine ad exteros mittit. II Bellum ſuis gerit auſpicijs, curatque ut omnia terra marique convenienter adminiſtrentur, ad hoc diſciplina ſarta tecta ſit. III. Quoniam militaria negotia majora ordinariò adminiſtrat, militare ſacramentum ei, primo loco, ut & Imperatori ſupremo, ſecundo loco, dicitur. IV. Ex hoc ſupremo conceſſu tempore belli perpetuo quidam delegantur, qui cum ſupremo Imperatore in expeditionem abeant, ſine quorum Conſilio nihil majoris momenti aggredi Imperatori fas eſt. V. Suos quoque Delegatos habet in ſupremis conventibus Societatis utriuſque Indiæ, quod ibi de negotijs bellicis, alijſque magni momenti rebus conſultari ſoleat. VI. Poteſtatem habet eligendi ſupremum terra marique Imperatorem, eumque in juramentum adigendi. VII. Salvum con-

ductum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ductum exteris, qui regiones fœderatas tranſire volunt, concedit. VIII. De importandis & exportandis mercibus pro bono publico ſtatuit. IX. Transfugis, quando viſum eſt, pro ſuprema ſua poteſtate veniam promulgat. X. In ſubditos partium Brabantiæ atque Flandriæ, reliquoſque qui extra fœderatas Provincias degunt in locis jure belli quęſitis, haud aliter ſolus omnes actus ſupremi imperij exercet, atque particularium Provinciarum Ordines in ſuis Provincijs ſolent. XI. Operam dare debet, ut fœderatæ Provinciæ mutuam inter ſe amicitiam & conſenſionem colant, tum ratione eorum quæ fœdus concernunt, tum ratione aliorum quoque; quod tamen ſuadendo & conſulendo pôtius, quam pro imperio quod præcipiendo agit. Denique omnia illa procurat, quæ aut ex fœderis formula, aut per ſpecialia mandata ei, tanquam omnes Provincias repræſentanti, ſpecialiter ſunt commiſſa. Quæ omnia ſi quis conſideret, videbit non ſine ratione hoſce Ordines Generales ſolenni Illuſtrium & propotentum titulo (vulgo *Doorluchtige, Hooge ende Mogende*, quod *Doorluchtige* ordinariò tamen omittitur) gaudere : Cum reliquarum Provinciarum, etiam Hollandiæ Ordines Nobiles & Potentes ſolum (vulgo *Edelę Mogende* aut *Groot Mogende*) ſalutentur.

CAPVT VI.

Quò uſque ſeſe extendat poteſtas Ordinum Generalium.

UT intelligatur, quo uſque mandata delegatis his à Provincijs Ordinibus data ſe extendant, obſervandum; Ordines Generales pro omnibus unitis Provincijs, fœdereque quo conjunctæ ſunt, juges excubias agere, ac proinde, ad omnia quæ in commune ſalutaria ſunt, attendere. Si ergo, (ut antehac factum) aut à ſupremo Gubernatore, aut à certæ alicujus Provinciæ delegatis, aut à fœderatorum Regum & Provinciarum legatis, imò à quocunque etiam privato aliquid proponatur, quod in commune ſalutare videatur; illudque majoris ſit momenti, ſingularum Provinciarum delegatis in mandatis datur ut ſcribant ad Provinciæ ſuæ Ordines, ſecundum quorum decreta, habitâ ratione prævalentis aſſentientium numeri, de in commune decretum Ordinum Generalium nomine conditur: Pluraque ſuffragia prævalent ſemper, niſi agatur aut de tributis, aut de ijs, quæ ſummam Reipubl. ejuſque ſalutem concernunt, in quibus unanimis omnium provinciarum conſenſus requiritur. Ex quibus liquet Ordines Generales, qui repræſentant Ordines ea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

rum Provinciarum, à quibus delegati ſunt, nihil poſſe ſtatuere ultra ea, ad quæ exequenda mandata acceperunt, atque ſi nova quædam negotia emergant, novis mandatis ab ijs, qui jus delegandi habent, inſtrui debere. Hinc ſi quid extraordinarij negotij oboriatur, ad quod expediendum provinciarum delegati ad Collegium Ordinum Generalium, mandatum non acceperunt, ipſi ante in hoc ſupremo conſeſſu ſuffragium ſuum dicere non poſſunt, quam conſuluerint eos, à quibus delegati ſunt: ſolentque, ſi res majoris momenti ſint, in ſingulis provincijs haberi Comitia, & ſecundùm decretum in ijs factum novis ſpecialibuſque mandatis illi inſtrui, qui ordinariorum delegatorum munere funguntur. Atque inde liquet, cum hi Delegati Ordines non niſi fiduciaria & delegata poteſtate gaudeant, eorum edicta atque leges aliter non valere, quam quatenus placent ipſis Ordinibus ſingularum Provinciarum, à quibus delegati ſunt, ad quos edicta hæc atque Leges, quo publicentur, non diriguntur per modum Imperij, ſed Supplicationis potius, unde in diplomatibus ordinario occurrit hæc formula: *Wy ontbieden ende verſoecken onſen lieven ſeer beminden, de Staten, Stadthouderen, Gecommitteerde Raden, ende Gedeputeerde Staten van de Provincien Reſpective, van Gelderlandt, &c.* Pariter liquet, quantum interſit inter edicta atque Leges à ſingularum Provinciarum Or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

dinibus latas, quas ad Ordines Generales referri haud quaquam neceſſarium eſt.

CAPVT VII.

Quinam ad Collegium Ordinum Generalium delegari ſoleant, & quiſnam inter delegatos ordo ſervetur.

POrro ſenatus hic ſupremus Ordinum Generalium, Hagæ-Comitum ſtationem ſuam habere ſolitus, conſtat delegatis ſeptem Provinciarum, eo ordine quem in earum deſcriptione obſervavimus, ſibi invicem in ferendis ſuffragijs ſuccedentium, quibus additus unus, qui collegio à ſecretis eſt, vulgoque graphiarius vocatur. Delegantur autem ſinguli ab Ordinibus earum Provinciarum, quas repræſentant, numero indefinito, quibuſdam Provincijs binos, alijs ternos, pluresve delegantibus, quod non per capita, ſed per Provincias (pluribus unius Provinciæ delegatis, unum ſolum votum habentibus) ſuffragia colligantur: Singulæque Provinciæ ſuis delegatis ſtipendia ſolvant. Certum quoque tempus non eſt definitum, quibuſdam Provincijs in biennium, alijs in triennium, nonnullis in ſexennium, paucis vero ad vitam hanc poteſtatem ſuis delegatis prorogantibus. Singulis autem Provincijs per ſuos delegatos comparentibus idem

idem jus competit, nec uni Provinciæ alteri imperare fas eſt: Quamquam Hollandia reliquis potentior ex conſuetudine quaſdam ex alijs Provincijs, facile in ſuas partes trahere ſolet, maxime, quando ei adhæret Zelandia. Quod notandum enim contra quoſdam exteros, verum fœderati Belgij minus peritos, in hoc Collegio, ampliſſimo licet, omnes provinciæ pari jure gaudent, licet viribus & dignitate inter ſe multum diſcrepent, atq; nonnullæ in onera communis reip. bello paceque triplo, quadruplo, quintuplo plus conferant quam aliæ. Inter delegatos provinciarum ſingularum, idem ordo ſervatur, ratione ſeſſionis, qui in quaque provincia eſt receptus. Et in Geldria quidem ordo equeſtris præcedit civitatum delegatos, ac viciſſim in illo Noviomagenſium delegati reliquos. In Hollandia civitatum delegati cedunt nobilibus: pariter in Zelandia illi qui ab urbibus delegati ſunt, delegato Marchionis Veriæ & Vliſſingæ, qui totam nobilitatem repræſentat. In diœceſi Ultrajectina, delegati Electorum præcedunt delegatos ordinis equeſtris, itemq; civitatis Vltrajectinæ, ac quatuor minorum oppidorum. In Friſia delegati agrarij, vulgo dicti *Goon ende Wolden* priores cenſentur delegatis urbium. In Tranſiſalania nobilium delegati pariter præcedunt delegatos trium majorum urbium, quemadmodum inter nobiles reliquos, qui de Sallandia delegati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Vt vero Groninga præcedit Ommelandiã, ita delegatus illius delegatum Omlandicum. Hæc ideo obſervanda, quod præſidendi munus cedi conſueverit ei, qui in quaque provincia inter delegatos primus cenſetur, quo fortè aut abſente, aut impedito ad proximum illius provinciæ delegatum itur.

Præſes vero Ampliſſimi hujus conſeſſus non eſt ſemper unus & idem, ſed ſingulis hebdomadis mutatur, Provincijs ordine per ſuos delegatos ſibi ſuccedentibus, ut falſi ſint, qui ex peregrinis Scriptoribus perhibuerunt, Gubernatorem Provinciarum, Præſidem hujus ſupremi Senatus eſſe, cum ne quidem jus ſuffragij in eo habeat. Quamvis negari non poſſit ſæpe Ordines Generales cum eo conſilia inire ejuſque conſilia oblata audire, eumque præſentem ea proponere quæ publico utilia eſſe cenſet, ac ex conſuetùdine quotidie fere à Præſide conſuli, an quid proponendum habeat. Præſes ut colligit ſuffragia, ita prima Geldria rogatur, deinde Hollandia, tum Zelandia, ac poſtea Vltrajectini, Friſij, Tranſiſulani, atque noviſſimè Groningani cum Ommelandis: omnium ſententijs auditis, breviter ijſdem repetitis, qui præſidet pro tempore, & ſecundum hoc, quod plures provinciæ probant concludit; niſi tam arduum ſit negotium ut ampliandum fuerit, delegatique provinciarum voluerint Ordines ſuarum provinciarum conſulere Quod concluſum eſt, mox

graphiarius in ſcriptum redigit, cui nomen ſuum dein ſubſcribit qui Præſidis partes ſuſtinuit, & poſt eum Graphiarius.

CAPVT VIII.

De præſcriptione, quam Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Ordines deputatis ſuis ad Conſeſſum Ordinum Generalium exhibent, eorundemque deputatorum coram eodem juramentum.

QVandoquidem Hollandiæ regimen, tanquam cæterarum ditionum exemplum Capite XI. adducetur, libet hic interſerere regulas & præſcriptiones, quas 11. Id. Mart. anno quadrageſimo tertio hujus ſæculi deputatis ſuis ad Collegium Ordinum Generalium (quod à Status Conſilio ad quoſdam articulos ventilandos congregari ſolitum, tunc ſuos deputatos aſſiduos habebat) Ordines Hollandiæ, Weſt-Friſiæque exhibuerunt.

1. Ad Comitia Ordinum Generalium ſolummodo mittentur maximè huic functioni habiles ex Provincia Hollandiæ Weſt-Friſiæque, nec juramento nec ſtipendio ullis alijs quam prædictæ Provinciæ obſtricti.

2. In executione muneris non excedere licet deputatis Vnionis Vltrajectinæ terminos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ut & mandatorum Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordinum. Procurabunt autem ne quid peragatur, quod privilegijs, immunitatibus & majorum probatis conſuetudinibus repugnet, abſque ſpeciali prædictorum Ordinum juſſu.

3. Nec ijſdem deputatis integrum erit in dicto Conſeſſu aut extra eundem agere de pace, inducijs, bello, tractatione cum alijs principibus, regionibus aut urbibus, conceſſione diplomatnm aut privilegiorum (à quibus ad Hollandiam Weſt-Friſiamque damnum redundaret) conſcribendis & exautorandis militibus, mutandis monetis aut vectigalibus, remiſſionibus criminum in ſtatum patriæ commiſſis. Ubi ejuſmodi tractanda obveniunt, continuo eorundem Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordines, aut illis abſentibns Conſilium Status certiores facient.

4. Nec abalienare aut vendere licebit bona, dominia, jura, privilegia Generalitati competentia vi communis unionis abſque ſpeciali omnium Provinciarum conſenſu.

5. Omnes reditus & prærogativæ ad Generalitatem pertinentes vi tractatuum & fœderum cum externis Principibus & Rebuſpublicis in emolumentum communis unionis cedent & quæſtori Generali in manus tradentur. De ijs autem diſponet Conſilium Status, non vero Ordines Generales.

6. Neque porro ullam juriſdictionem, ſive per ſe ſive per deputatos exercebunt, de quali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

qualicunque controverſia: ſed partes litigantes remittent aut ad Conſilium Status, aut ad Collegium Archithalaſſicum, pro rei natura. At de ſubjectis reviſioni controverſijs ſententiam dicere illis integrum erit.

7. Sententiæ pronunciatæ, ſive de criminali ſive de civile re, à quocunque Collegio aut Curia, exequutionem ſuſpendere ſua auctoritate ijſdem haud permiſſum.

8. Tenebuntur itidem, ſimulac Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordines congregati erunt, omnes deliberationes concluſioneſque ab Ordinibus Generalibus factas continuo exhibere.

9. Nullis porro patriæ ſtatum communicabunt, niſi Ordinibus Hollandiæ Weſt-Friſiæque, aut abſentibus illis eorundem Conſilio Status. Si quid verò incidat, quod ſpecialiter Borealem Hollandiā concernat, in tempore illius certiores facient deputatos Conſilij Status diſtrictus hujus.

10. Itidem præſcripto ordini Conſilium Status & Collegium Archithalaſſicum relinquent, abſque ulla in eodem ordine immutatione: quam nec ipſi inducent, nec induci patientur à quoquam; curam gerentes, ut inſtructiones ſuas debitè obſervent, tam Conſilium Status, quam Collegium Archithalaſſicum.

11. Nec ſine ſpeciali aſſenſu dictorum Hollandiæ Ordinum præcipua ſeu militaria

 ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſeu politica munia in quemquam conferent; ut & magnifica donaria, quibus ſtatus militiæ debilitaretur, aut reditus Generalitatis imminuerentur.

12. Pro ſtipendio aſſignabuntur in diem quatuor floreni.

13. In hos præſcriptos articulos, quorum fuſiorem interpretationem & argumentationem ſibi reſervant Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordines, dicti deputati jurabunt.

Hæc præſcriptio concepta & firmata eſt, ut dictum, à prænominatis Ordinibus 11. Idus Mart. anno quadrageſimo tertio ſæculi hujus. Juramenti autem formula talis.

14. Promitto & juro Ordinibus Hollandiæ Weſt-Friſiæque tanquam abſolutis ejuſdem Provinciæ Dominis, nullos præter hos agnoſcens, perpetuam fidelitatem: quodque nec conſilio nec facto adjuturus ſum ubi prædictæ Provinciæ Majeſtas in diſcrimine verſatur, aut in ejuſdem incolas detrimentum redundare poteſt: at ſi quid tale deprehendero me impediturum, & continuo dictis Ordinibus & abſentibus illis Conſilio Status eorundem indicaturum in tempore. Itidem me ſervaturum pro virili prærogativas & gloriam ejuſdem Regionis, ut & Reformatam Religionem, quemadmodum in præſentiarum publicè in his Regionibus docetur.

Porro omni ſubſidio adjuturum, in Conſeſſu Ordinum Generalium & extra eundem, omnia

omnia quæ ad Hollandiæ Weſt-Friſiæque emolumentum & juxta unionem ad omnium Provinciarum commodum facere videntur. Polliceor etiam ſilentium ſilendorum: nec me ulla dona, ſecundum præſcriptam regulam prohibita, recepturum, cunctaque juxta regulas & articulos muneri meo præfinitos aut in poſterum præfiniendos, acturum.

CAPVT IX.

De Magno Concilio, quod extraordinarium eſſe ſolet.

PRæter ordinarios hoſce conſeſſus, eoſque majores, Hagæ Comitum notari ſolitos, amplius occurrit magnum Concilium (vulgo *de Groote Vergaderingh*) extra ordinem Hagæ-Comitum cogi ſolitum ob negotia graviora, taliaque, quibus expediundis non videantur ſufficere ordinarij aſſeſſores: non coit vero illud, niſi in congregationem conſenſerint omnes Provinciæ, quæ non ſolum tempus condicunt, & ſpectabilem aliquem delegatorum numerum eligunt, verum etiam in Comitijs antea diſcutiunt omnia ea capita de quibus deliberabitur, ut ſuis delegatis certa definitaque mandata dare queant: quamvis vero hoc Concilium ſuperius cenſeri queat, (quamdiu congregatum eſt) conſeſſu Ordinum Generalium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

lium, (adeo ut ab eo audiri ſoleant exterorum legati, aliàs ab Ordinibus Generalis admitti ſoliti) non tamen pro arbitrio quæcunque negotia expedire poteſt, ijque, qui delegati ſunt, ſæpe neceſſum habent aut ad ſuos, à quibus delegati ſunt, ſcribere, aut ad eoſdem excurrere, quo in Comitijs amplioribuſque conventibus certi quid definiatur. Vt vero ratio præſidendi in auguſtiſſimo & ampliſſimo hoc conſeſſu, eadem obſervatur (habita ſcil. hebdomadatim Provinciarum ex ordine ratione) quæ in Conſeſſu Ordinum Generalium, ita quæque Provincia partes præſidendi honoratiſſimo cuique fere mandare ſolet.

CAPVT X.

De conſilio ſtatus, poſt conſilium Ordinum Generalium ampliſſimo.

UT ex antecedentibus liquet, Conſilium Status Hagæ Comitum pariter cum Ordinum Generalium Collegio in eadem arce conſeſſus locum obtinens (vulgo *den Raedt van Staten*) receptum fuit ante Senatum Ordinum Generalium, quo conſtituto ſecundum ordinarium exercitium, minora ei negotia, ac fere tributaria, militaria, eaque quæ ditiones, urbes, ac propugnacula armis ſubacta ſpectant, nec non propugnaculorum viſitationes

dele-

delegari cœperunt. Conſtituitur vero ex ſingularum Provinciarum delegatis, Præſide perpetuo exiſtente quando adeſt, qui & jus ſuffragij habet, ſupremo militiæ Imperatore. Aſſeſſores, ſeu Senatores, ex Provincijs delegatos XII. habet, ex Geldria ſcilicet duos, ex Hollandia tres, ex Zelandia duos, ex Friſia todem, atque ex tribus reliquis Provincijs, Vltrajectina ſcil. Tranſiſalanica, & Groningo-Omlandida ſingulos. Supremus militiæ Gubernator, quoniam perpetuo non adeſt, Præſes quoque conſtituitur, qui hoc abſente omnia ex Ordine moderetur. XII. Viri vero hi per vices viritim præſident, quemadmodum viritim quoque ſuffragia ferunt; ita ut tot ſuffragia numerentur, quot ſunt capita, valeantque inſtar omnium ea, quæ numero prævalent. Aſſeſſores, uti à Provincijs ſuis delegantur, liberis votis gaudentibus, ita tam diu, quam ijs ipſis, à quibus delegantur, placuerit, jure aſſidendi, atque in hoc ampliſſimo conſeſſu comparendi gaudent. Præterea quum Friſia hactenus diſtinctum ab alijs Provincijs Gubernatorem habuerit, ei pariter licuit in hoc Conſilio non ſolum comparere, verum etiam aliquem conſtituere, qui nomine abſentis in eodem compareat.

Cæterum cum Collegium hoc ob multitudinem negotiorum continuatum maxime videatur, ut ſubſidio ſcil. ſit Senatui ſupremo Ordinum Generalium, de ijſdem

pœne

pene negotijs, ſed minoribus ordinario cognoſcit: Ex quibus ordinaria quædam, quædam vero extraordinaria vocari poſſunt, per Ordinum Generalium ſcilicet delegationem ei commiſſa: Imo nonnunquam in talibus negotijs occupatur, de quibus antequam decretum condat, de ijs ad Ordines Generales referre ſolet, quorum nomine ut edictum evulgatur, ſic ad finem illius, hæc verba ſubijci ſolent: *Vyt bevel van mÿne Heeren de Staten Generael der vereenighde Nederlanden. Ter relatie vande Raedt van Staten der ſelver Landen*; cique præter Secretarium Conſilij, is qui per vices ex Senatu præſidet, ſubſcribere ſolet. Diſtinctionem præcedentem attendendo, hæc collegij hujus eſt ratio, ut ordinario per ſe ſolum congregetur, extra ordinem vero aliquando coëat, & congregetur unà cum ſuperiori Collegio Ordinum Generalium. Hoc quotieſcunque fit, ſi accedat ſupremus militiæ Præfectus, ipſe non inter hoſce Senatores, aut hujus Collegij aſſeſſores conſidet; ſed inter eos, qui ordinum Generalium nomen ferunt, honoratiſſimumque locum in ſuperiori parte longæ menſæ occupat, aſſeſſoribuſque Conſilij ſtatus dimiſſis (uti ſæpe accidit) ipſi fas adhuc eſt manere, atque ulterioribus Ordinum Generalium deliberationibus intereſſe. Quotieſcunque autém hic Senatus ordinariò ſolus congregatur, ei aſſident duo, voto ſolummodo deliberativo, neutiquam vero

definitivo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

definitivo gaudentes: ſupremus nempe rationum magiſter, quem vulgo theſaurerium vocant, & quæſtor generalis. Ex his prior omnem pecuniarum & ſumptuum publicorum rationem in numerato habet, licet ipſe pecuniam non tractet; alter pecuniam omnem, quæ à ſingulis Provincijs ærario generali debetur, tractat, per coactores ſuos exigit, ex juſſu aut Senatus, aut Collegij ſupremi Ordinum Generalium in uſus publicos erogat, de eadem rationes reddit, ac fere poſt rationum magiſtrum, cujus conſilium ut plurimum primo explorari ſolet, auditur.

CAPVT XI.

De Ordinum in quacunque provincia poteſtate.

PRovinciæ ſingulæ supremã poteſtatẽ obtinẽt, & poſſunt per ſe omnia regalia exercere, exceptis ijs quæ per fœderis leges omnibus placuit fore communia: Leges ſcilicet ferre omnibus ſibi ſubjectis, Magiſtratus eligere, judicia ordinare, pœnas irrogare, monetam cudere, Academias erigere, ſubditiſque ſuis irrogare non tantum ea tributa, quæ pro rata parte ad ferenda communia onera ſunt ſolvenda, ſed etiam Provinciæ ratio exigit.

Nec tamen hoc ita accipi debet, quaſi in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſingulis Provincijs regalia ſolum ſint apud ordines earum, atque occurrere non poſſint quædam Civitates, quæ regalia & ſumma Majeſtatis jura non habeant. Enim vero Ordines ſic cujuſque Provinciæ communia curant negotia, ut nihil præjudicetur privilegijs & ſupremæ poteſtati, qua antiquitus gaudere ſolent multæ Civitates. Quomodo V. C. jus ſtapelæ & alia privilegia non adimuntur Dordraco in Hollandia, eo quod ſubeſt Hollandiæ & Weſt Friſiæ Ordinibus. Quod & exiſtimandum de Noviomago, Daventria, Campis, Zwollis, & Groninga, quæ Vrbes, ut alibi annotabitur, maximis gaudent privilegijs, imo & regalibus prioris ordinis. Similiter Drenthia uti per ſe curat ea, quæ tributa, & juſtitiam ſpectant; ita quoque per Ordines in Comitijs ſtatis occurrentes, exequi ſolet regalia, eorumque executionem ordinariam committere delegatis jam antea conſideratis, quod non poſſint perpetuo congregari illi, qui jus habent comparendi in Comitijs, quales cenſeri ſolent potiſſimum ſecundum ſua prædia: Similiter Ommelandia, infra diſtinctè quod ad ſpeciale ſuum regimen conſideranda exercet regalia, ſuiſque ſubditis Ommelandis de facto tributa irrogat; licet cum civitate Groningana unam ſolùm provinciam conſtituat, atque, uti jam antea dictum fuit, poſterius ſolum provinciæ membrum cenſeatur.

Quando vero dictum eſt in omnibus Provin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

vincijs jus eligendi ſuos Magiſtratus uſurpari nullum incommodum inde accidit,quod antehac alicubi aut ex antiqua obſervatione, aut ex conſuetudine, aut ex liberali indultu Gubernator in partes venerit, & in quadam Provincia adhuc veniat: Siquidem is haſce eligendi partes (ubi ei conceſſæ ſunt) tantummodo exequutus fuit, aut etiamnum exequitur, ſecundum nominationem limitatam, Provincijſque aut civitatibus etiam ſingulis liberam. Sedulo præterea notandum neutiquam fas eſſe, ut hæ illæve civitates, imo provinciæ, quæ in fœdere ſunt, ringantur, ſi non gaudeant eadem αὐτονομίᾳ, ijſdemque privilegijs: omnium ſiquidem ſalus (credere modo velint) in hoc conſiſtit, ut in moribus antiquis, & ſecundum avita privilegia & conſuetudines gubernentur.

Porro regalia quæ non poſſunt à ſingulis Provincijs ſingulatim uſurpari, ſed ab omnibus Ordinibus, ut fœderatis conſpirantibus, præcipua ſunt, quæ ſequuntur. I. Bellum novum inceptare. II. Pacem aut inducias facere. III. Tributa irrogare unionem in commune ſpectantia, juxta VI. Art. union. Vltraject. IV. Per ſe fœdus cum vicinis facere, juxta art. X. ejuſdem union. V. De valore pecuniæ pro ſe ſtatuere, aut leges ferre, juxta art. XII. ejuſd. union. Quæ omnia cum fœderatos in communi reſpiciant, non poſſunt niſi communi conſenſu exerceri.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPUT XII.

De Ordinibus Hollandiæ & Zelandiæ.

IN Hollandia & WeſtFriſia Ordines conſtant duobus membris, Nobilibus, & Civitatum delegatis. Nobiles non ſolum antiqui generis ſplẽdore, ſed vicorum & arcium quoq; ditione præcipui ſunt, numeroq; ut plurimum duodecim aut tredecim convenientes, primo gaudẽt ſuffragio. Urbes, quæ delegatos ſuos ſolent mittere ſunt ſequentes: Dordracum, Harlemum, Leyda, Amſtelodamum, Gouda, Roterdamum, Gorichomium, Schoonhovia, Brila, Alcmaria, Horna, Enchuſa, Edamum, Monachodamum, Medenblica, & Purmerenda. Si vero controverſia circa tributa oriatur, aut bellum ſit indicendum, aut pax facienda, ſolent amplius convocari ſequentia oppida: Woerda, Geertrudeberga, Naerdenum, Mudenum, Oudewatera, Hueſda, Weſopium, & Wourcomium. Delegati ab urbibus mitti ſoliti, ſunt plerumque Conſules, quibus additur ut plurimum Scabinus quis, & Aſſeſſor Iuriſperitus, Penſionarius dici ſolitus. Ampliſſimus hic conſeſſus (qui titulum fert *van Groot-Mogende*) ut habetur Hagæ-Comitũ, ſic vulgo vocari ſolet: *De vergaderinghe vande Heeren Staten van Hollandt ende Weſt-Vrieſlandt*, Præter hunc

hunc ſupremum conſeſſum non niſi ſubinde congregari ſolitum, eſt alius quis ordinarius conſeſſus Hagæ-Comitum quoque ſedens, qui Ordinibus ſupremis abſentibus, ut eos repræſentat, ſic præter ærarium, ordinaria omnia negotia curat, ac ſi majora expedienda occurrant, Ordines convocat. In hoc unus Nobilis, urbiumque delegati ſedent, gaudetque titulo *van de ghecommitteerde Raden van de Heeren Staten van Hollandt ende West-Vrieſlant.* Vtriuſque conſeſſus moderator eſt Penſionarius, Hollandiæ Advocatus vulgo vocari ſolitus: qui ut ordinariò verba facit, votaque colligit, ſic primo Comitiorum die agenda proponit, octavoq; die poſtquam ea ſoluta ſunt, ſingulis tum Nobilibus, tum Civitatibus decreta mittere tenetur. Regimen Zelandiæ ſupremum ut eſt penes Ordines, ſic illi pariter duobus conſtant membris: Nobilitate & Vrbium delegatis. Nobilitatem hodie repræſentat Marchio Veriæ & Fliſſingæ, qui eſt Princeps Auraicus, per delegatum ſuum in Comitijs Medioburgi haberi ſolitis primum locum obtinens. Vrbes delegatos ſuos ad hæc Comitia mittentes ſunt Medioburgum, Zirizea, Goeſa, Tola, Fliſſinga, & Veria. Coëunt autem Comitia quotieſcunque exigit neceſſitas, eorumque locum interea ſupplent Deputati ſeptem, unus ſcilicet nomine Principis, qui Nobilitatem repræſentat, & ex ſingulis Civitatibus ſinguli Delegati, quibus adjuncti

Pen-

Penſionarius & Secretarius. Amplius Walachria præcipua Zelandiæ inſula peculiari Ordinum conſeſſu, Medioburgi quoque haberi ſolito, gaudet, (vulgo titulum fert *van de Staten van de Eylanden van Walcheren,*) qui conſtat uno delegato repræſentante Nobilitatem, nomine Principis Auraici, tribus trium urbium, Medioburgi, Fliſſingæ, & Veriæ delegatis, nec non duobus delegatis ab ijs, qui lati fundia in inſula poſſident, vulgoque vocantur *de breede Ghe-erfde*, quibus adjunctus eſt Graphiarius.

CAPUT XIII.

A temporibus Caroli V. Imperatoris in Belgio notati ſunt Gubernatores: qui duplices iterum fuerunt: enumerantur omnes illi, uſque ad motus Belgicos.

GVbernatores Belgici notari cœperunt ſub Maximiliano I. & Carolo V. Imp. qui quod ſæpè Belgio exceſſe cogerentur diſtinctis modò negotijs Imperij, modò rebus Hiſpanicis, atque iterum bello aut Africano, aut Turcico, ne in hereditarijs provincijs motus aliqui orirentur, gubernatores tum generales, (qui univerſo Belgio præeſſent) tum ſpeciales conſtituerunt, qui ſingularum duntaxat pro-

vin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

vinciarum, aut trium quatuorve vicinarum curam gererent. Generales notabimus ordine, uſque ad motus Belgicos, ex ſpecialibus verò illos qui pertinuerunt ad eas provincias, quæ adhuc hodie in fœdere ſunt. Primitus ergo Albertus Saxoniæ Dux à Maximiliano I. Generalis Belgij Gubernator conſtitutus eſt anno 1490. poſt hunc anno 1507. mortuo Philippo Pulchro & nondum adulto Carolo univerſo Belgio præfecta fuit Margarita Auſtriaca, Cæſaris Maximiliani primi filia ac vidua Philiberti Sabaudiæ ducis (inde in varijs Diplomatibus vocatur Domina Sabaudica, ſive *Mijn Vrouwe van Savoyen*) cui Carolus ſui etiam juris poteſtatem prorogavit uſque ad annum 1530. quo prid. Kal. Decemb. ætatis fere LII. Belgicæ Gubernationis vigeſimo tertio vivere deſijt. Eidem Carolus ſubſtituit ſororem ſuam natu minimam Mariam Auſtriacam, viduam Ludovici Bohemiæ ac Hungariæ regis, quam ex Auſtria Auguſtam Vindelicorum perductam, ſe in Belgium proficiſcentem ſequi voluit. Belgio hæc præfuit uſque ad annum 1555. hoc eſt integris annis XXV. Belgioque exceſſit unà cum fratre Carolo, cum prius gubernacula commiſiſſet Philippo II. cui pater Carolus vivus adhuc omnia ſua regna, provinciaſque latiſſimas ceſſerat. Philippus univerſo Belgio primum præfecit Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, cæterum eo uſus magis fuit

fuit tanquam Generali ſui exercitus, quam provinciarum Gubernatore, quod ipſe in Belgio magnam partem præſens eſſet: quo cum defuncto jam parente, exceſſurus eſſet, & tres tanquam capaces gubernationis in medium producerentur: Emanuel Philebertus Sabaudiæ Dux, cujus modo facta fuit mentio: Chriſtierna Dana, Lotharingiæ Duciſſa, Caroli Ducis mater: & Margarita Auſtriaca, filia notha Caroli Imperatoris, Octavij Farneſij Parmæ Principis uxor: atque Sabaudus, ob ingentia negotia poſt receptum poſtliminio in ſtatu turbatiſſimo Sabaudiæ ducatū Belgarū rebus vacare non poſſet; Chriſtierna vero ſuſpecta eſſet quod promptè ſuam operam offerret, placuit poſt longam deliberationem præ alijs Margareta Parmenſis: cujus tamen poteſtatem ipſe Philippus admodum ciecumſcripſit, datis ei conſiliarijs, ſine quorum conſilio nihil agere poſſet. Atque ab hoc tempore, quotquot ab Hiſpaniarum regibus Belgio præfecti fuerunt Gubernatores, pariter aſtricti fuerunt ad certam formulam, quam ſanctè & ſcrupulosè ſervare omni tempore debuerunt. Quod ad particularium provinciarum Gubernatores, ne extra provincias noſtras abeamus, illi conſtitui cœperunt pariter jam tempore Maximiliani Imp. ſiquidem & ipſe propter negotia Imperij ſæpe in Belgio non fuit præſens. Quod ad Geldriam, ut ea anno 1543. mortuo Carolo Egmondano, partim ex pacto cum

Gui-

Guilielmo Clivenſi, partim jure ſucceſſionis ad Carolum V. Imperatorem devenit, ita idem Carolus ut Gubernatorem Renatum Naſſovium Aurantiæ principem, ſub certis conditionibus, Ducatui Geldriæ ac Comitatui Zutphaniæ primitus præeſſe voluit. Anno 1544. ei occiſo in obſidione S, Deſiderij, ſucceſſit Philippus de Lalain Comes Hoogſtratæ, qui jam antea eo abſente, non ſolum in Geldria & Zutphania, verum in Hollandia quoque Zelandia ac Friſia vicariam operam præſtiterat. Huic ſub Carolo V. adhuc, ſucceſſit Philippus Memorantius Comes Hornanus. Poſtea anno 1559. qua Geldris, qua Zutphanienſibus Præfectus datus Carolus Brimæus Megæ Comes. Hollandia atque Zelandia ut conjunctæ ſub Comitibus quoque fuerunt, ita communes præfectos habuerunt. Et quidem Maximilianus Imp. anno 1480. ijs præfecit Jodocum de Lalain, Aurei velleris Equites, ac Dominum de Montignij: cui ad Vltrajectum anno 1483. occiſo ſucceſſit Johannes Egmontius, quem Maximilianus Imp. anno 1492. primum Egmondæ Comitem & aurei velleris Equitem conſtituit. Poſtea ijſdem provincijs ut & Vltrajecto præfuit Maximilianus de Burgundia Marchio Veriæ, &c. Eques Aurei velleris, itemque nomine Caroli V. ac multos annos Ammiralius. A Philippo II. dein anno 1559. ijſdem provincijs præfectus fuit Guilielmus Naſſovius

Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Princeps Auriacus, de quo poſtea pluribus agendum erit. Vltrajectum, extra diœceſios rationem, à ceſſione Henrici Bavari uſque, conſiderandum, ad modum ſingularis Provinciæ, primitus anno 1530. præfectum accepit Antonium de Lalain Montignij Dominum, quem Carolus V. primum Hoochſtratæ Comitem creavit: quo vita functo, anno 1540. in locum illius ſurrogatus eſt Renatus Naſſovius Princeps Auriacus. Renato anno 1544. ſucceſſit Ludovicus à Flandria Dominus de Praet, qui abdicata conſenſu Cæſaris Caroli dignitate, ſucceſſorem habuit anno 1546. Maximilianum de Burgundia, Marchionem Veriæ: Anno verò 1559. à Philippo II. Provincia hæc ceſſit Guilielmo Auriaco, Friſia reliquis Provinciis Caroli annexa anno 1528. primo cum Tranſiſalania, atque dein ab anno 1536. una cum Groninga, Ommelandia, ac Drentia præfectum habuit Georgium Schenck de Toutenborch, Virum fortiſſimum, atque liberum Baronem in Toutenborch, Dominum in Wedde & Woſterwoldingen, quo anno 1540. defuncto ijſdem provincijs præfectus eſt Maximilianus Comes à Buren: qui anno 1548. d. 23. Septemb. moriens Bruxellis Lampada tradidit Joanni de Lygni Comiti Arembergio. Et hi quoque fuerunt ſingulares Gubernatores, præ alijs in Belgio notandi ante motus illos majores, quibus ipſa ſic concuſſa fuit, ut plures provinciæ extrema ne-

neceſſitate adactæ conſilia ad novam rempublicam conſtituendam conferre debuerint.

CAPVT XIV.

De ratione Gubernatorum in Belgio uſque ad mortem Guilielmi primi, Auriaci Principis.

QVum poſtea Belgium per conſilia Hiſpanica, diram Inquiſitionem urgentia turbari inciperet, hominesque libertati aſſueti ſub jugo inſolito ſuſpirarent, Margareta Parmenſis, cui Rex Hiſpaniarum ſanguineorum Edictorum executionem commiſerat, per ſingularum provinciarum Gubernatores regis voluntati ſatisfacere laboravit. Et quantum quidem ad Gubernatores earum provinciarum, quæ hodie fœderatæ cenſentur, nihil in ſe deſiderari paſſi fuerunt; præ aliis partes ſuas exequente Comite Megano qui cæſo anno 1568. in prælio Comite Arenbergio (præ aliis mitiori) promeruit per Albanum Ducem Friſiæ quoque Gubernaculis admoveri. Nec ſegnius egit in Hollandia & Ultrajectino diſtricto Maximilianus Comes de Boſſu, qui jam anno 1562. profecto in Germaniam Auraico principi ſuffectus erat. Et quidem hi à Rege Hiſpaniarum conſtituti ſoli legitimi videri poſſent. Sed cum non minus horum

tyrannis, quam ipſius Regis intolerabilis eſſet, quæque provinciæ ad Brutum aliquem anhelare cœperunt: pro quo, quamvis univerſi Belgii ratione, ſe gereret Guilielmus Auriacus, ſpeciali tamen ratione, ob plurima merita eum tanquam ſuum vindicare inſtituerunt Hollandi atque Zelandi, adeo ut aliquoties, ſpeciatim anno 1582. eum pro Domino ſuo recipere obnixè voluerint: quod factum quoque fuiſſet, niſi ipſe (quæ erat viri prudentia) ſuæ infirmitatis conſcius, rejeciſſet eos, qui zelo quodam præpoſtero eundem fere ut alterum ſuum Deum venerari cœperant. Ex quo vero Gulielmi Auriaci Principis auſpiciis major Hollandiæ atque Zelandiæ pars ab obſequio Hiſpaniarum Regis averti cœpit, in aliis quoque provinciis hodie ad fœdus adhuc pertinentibus (non enim neceſſum ut de iis agam quæ ad obſequium Regis redierunt) magnæ mutationes acciderunt: maximè ab anno 1575. quo inita licet Pacificatione Gaudavenſi, jam tum arctiori fœdere conjunctæ fuerunt cum Hollandia & Zelandia, Geldria, Vltrajectum, Friſia, Tranſiſulania, & Ommelandia. Et Geldris quidem anno 1577. pro Rege licet Gubernatoris nomine omnia moliente Ægidio Bantemontio, Hiergii Dynaſta, ab Ordinibus præfectus datus eſt Joannes Naſſovius Comes, eoque in Germaniam reverſo Gulielmus Comes Bergenſis, quo ob violatum juramentum

ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſubmoto ſurrogatus eſt anno 1584. Adolphus Comes Meurſenſis Vltrajecti pariter præfectus. In Friſia pro tali jam anno 1572. ſe gerere cœpit Juſtus Schomvenburgicus Comes,ſic tamen ut vicarius magis eſſet Principis Auraici, qui poſtea eandem provinciam Bernardo de Merode Domino in Rummen commiſit poſt defectionem Rennebergii. Nam ab anno 1577. tum Friſiæ, tum Traſiſulaniæ & Groningæ Ommelandiæque præfectus fuit Georgius de Lalain Comes Rennebergicus, qui licet Vnioni Vltrajectinæ ſubſcripſiſſet,paulo poſt tamen ad Regem, tradita ei Groninga, rediit. Horum Gubernatorum quorum jam facta fuit mentio, quænam inſtructio fuerit, vix quiſquam diſtinctè ediſſerat,ſingulis quod res turbatæ eſſent, pro arbitrio fere rem gerentibus,& eo ſolum fidem ſuam probantibus, quod dominationem Hiſpanicam odiſſent. Nam Georgius de Lalain Rennebergiæ Comes, cujus modo facta fuit mentio, non ſolum ſe gerebat pro Gubernatore trium dictarum provinciarum, verum etiam,pro ſupremo Capitaneo Friſiæ, Tranſiſulaniæ, Groningæ, Omlandiæ, Drentiæ ac Lingæ. Ipſeque Princeps Auriacus, aſſumpto à Belgis Duce Alenzoniæ, contentus fuit cenſeri illius vicarius Generalis, quomodo etiam ſub Matthia Archiduce Auſtriæ nullum quoque alium titulum aſſumpſit, licet Alenzonius,ſpeciali inſtrumento ad hoc con-

dito, promiſiſſet eidem ſalvum fore univerſum illud jus, quod diu antea Hollandi atque Zelandi ei, ut dilecto ſuo Gubernatori conceſſerant: cujus ratione vicarius Generalis militiæ ſub eo fuit Philippus Comes de Hohenlo.

Quandoquidem occaſione deſcriptionis Supremi Gubernatoris, Auriacorum (penes quos ab initio aſſertæ libertatis magnificum hoc munus ſtetit) privatos titulos & dominia ex parte recenſuimus, non inutile videtur omnia comitatuum & dominiorum nomina apponere. Sunt ergo dicti Gubernatores, Principes Arauſionenſium, Comites Naſſaviæ, Cattimeliboci, Viandæ, Dietziæ, Lingæ, Meurſæ, Buræ, Leerdami &c. Marchiones Veræ & Fliſſingæ; Domini & Barones Bredæ, Graviæ & ditionis Cuyckianæ, Dieſtſi, Grimbergæ, Herſtallæ, Branendonckii, Warneſtonii, Arlaci, Noſeroi, S. Viti, Doeſburgi, Polanii, Gulielmopoleos, Niervaertæ, Yſſelſteynii, Aggeris S. Martini, Geertrudiſbergæ, Caſtelloregnartii, Utriuſque Sualuwæ, Naeldvici; Vice-Comites hæreditarii Antwerpiæ ac Veſuntii; Gubernatores Gelriæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Weſt-Friſiæ, Zutphaniæ & Tranſiſulaniæ; Supremi Militiæ terra marique præfecti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPUT XV.

De fœderati Belgii Gubernatoribus uſque ad annum cIↃ IↃC XXI.

GUilielmo Auraico patriæ Patre an. 1584. à ſacerrimo ſicario è medio ſublato, haud leviter turbatæ fuerunt Belgarum fœderatorum res, multæque non ſolum urbes, ſed integræ quoque provinciæ ad Regis Hiſpaniarum obſequium rediere. Geldriæ & Vltrajecto autem præerat Comes Meurſenſis, Hollandi atque Zeelandi proviſionaliter receperunt Principem Mauritium Guilielmi defuncti filium, in Friſiam ſub titulo ſupremi Imperatoris paulo ante conceſſerat Guilelmus Ludovicus Comes Naſſoviæ. Armorum potiſſimum moderamen erat penes Comitem de Hohenlo & conſilium Status, quod curam pariter tributorum gerebat, quo militi ſtipendia exſolvi poſſent. Omnia vero ſic confuſa & intricata erant, ut Ordines fœderati diffidentes propriis viribus parati eſſent ſe permittere fidei Gallorum, à quibus tamen paulo ante adeo malè excepti erant: à quibus cum non reciperentur, tamdiu inſtiterant apud Elizabetham Angliæ Reginam, quam mitteret Robertum Dudlæum Liceſtriæ Comitem. Venit hic in Belgium anno 1585.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tam ampla poteſtate per ipſos Ordines inſtructus, ut nulli unquam Belgii Gubernatori major conceſſa fuerit: permiſſum quippe ei, ut mediam partem Conſilii Status ipſe pro arbitrio conſtitueret, audiret ſolum Ordinum conſilia, ipſe vero pro arbitrio, quod luberet, concluderet & faceret. Quod vero homo credulus & facilis eſſet, paſſus eſt ſe circumagi ab hominibus quibuſdam peregrinis, Belgicæque libertati minus ęquis, ipſe præ cæteris infeſtus Principi Mauritio, ac Comiti de Hohenlo. Hinc creſcente & ſenſim aucta Liceſtrii invidia, omnis Ordinum, populique gratia, maximè favor militum in Principem Mauritium deflexit; magnum quoque momentum attulerunt, Stantlæi, Jorckiique Angelorum proditiones. Quippe nec Ordines æquis oculis deditam Daventriam, munitionemque Zutphaniæ ſpectabant, & omnium patriæ ſtudioſorum ea cura atque ſollicitudo erat, ne Anglica præſidia, urbes, quas inſederant, aut gratia, aut ære Hiſpano venderent. Cui malo avertendo fœderati quinque Provinciarum Ordines, omne Præfecti imperium, ſuſpecta Britannicarum cohortium fide, Principi Mauritio detulerunt. Qui mox in provincias miſſus, componendis civilibus diſſenſionibus, ac ſeditionibus militaribus, univerſa Provinciarum præſidia, Anglica deſertione non parum turbata, optimo remedio compeſcuit. Quæ à Mauritio domi militiæ-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

que preclata geſta fuerint, quod Annales non ſcribamus, haud opus diſtinctè referre: hoc obſervare ſuffecerit, adjutorem maximum ei fuiſſe Guilielmum Ludovicum Naſſoviæ Comitem, primò Friſiæ Gubernatorem, & ab anno 1554. Groningæ quoque, Ommelandiæ, & Drentiæ, promovendiſque Belgarum rebus plurimum profuiſſe ſummam, quæ inter hos maximos heroas intercedebat, concordiam: quum & Guilielmus Mauritium honoraret ac ſuſpiceret non ſolum ut ſuum Imperatorem, verum etiam tanquam familiæ caput; Mauritiuſque viciſſim Guilielmum tum ut virum prudentem, tum ut militem fortiſſimum æſtimaret. Selectum hoc è domo Naſſovica par communibus conſiliis Belgarum res defendit ac promovit uſque ad annum 1620. quo Guilielmus Ludovicus Naſſovius mortalitatem explevit. In regimine Friſiæ ei ſucceſſit frater Erneſtus Caſimirus Naſſovius, in præfectura vero Groningæ, Ommelandiæ & Drentiæ Mauritius Auriacus, quam tamen poſtea ut ſuo legato ceſſit cognato ſuo Erneſto; ipſe vero vivere deſiit d. 23. Aprilis, anno 1625. Imperator ſanè ſine exemplo maximus, & componendus cum quibuſvis ex antiquis: nec in toga minor, ut ſæpe difficillimis negotiis in republ. obortis oſtendit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPVT XVI.

De fœderati Belgii gubernatoribus, uſque ad annum cIↄ Iↄ L I.

MAuritio altero Belgarum fœderatorum parente Hagæ Comitum defuncto, quod exercitus ſub pellibus eſſet, ac Marchio Spinola arctiſſima obſidione clauſiſſet Bredam urbem munitiſſimam, maximique momenti, Ordines Generales nihil cunctati Generalem exercitus ſui conſtituerunt Henricum Fredericum Naſſovium, unicum illius fratrem, atque omnium, quas relinquebat, ditionum hæredem. Pro Gubernatore paulo poſt eum agnoverunt Geldria, Hollandia, Zeelandia, Ultrajectum, & Tranſiſulania: Groninga, Ommelandia & Drentia pro Gubernatore ſuo recipientibus Erneſtum Caſimirum Naſſovium Friſiæ Gubernatorem, quem pro Mauritio rem in hiſce provinciis geſſiſſe jam antea diximns. Ne in laudes Henrici Frederici Imperatoris ad unguem facti, ad hoc non minus ex Dei benedictione felicis, quam ſingulari prudentia præditi me effundam, ordineque illius victorias enumerem, fido adjutore uſus fuit cognato ſuo Erneſto Caſimiro tam prudentia, ſingularique militandi ſcientia ſpectabili, quam campi Mariſchallo vigilantiſſi mo

tiſſimo uſque ad annum 1632. quo ad Ruremundam occiſo, in Friſiæ, Groningæ, Ommelandiæ, Drentiæque gubernatione eidem ſucceſſit filius Henricus Erneſtus, Belgarum Achilles, omnibuſque animi & corporis dotibus inſtructiſſimus, qui quantus futurus eſſet, colligere patria potuit ex paucis duntaxat experimentis, quæ annalibus libris inſcripta non ſolum nomen illius ab interitu vindicabunt, verum etiam perpetuo ornamento futura ſunt illuſtri domui Naſſovicæ. Vir juvenis adhuc, longiori ævo dignior; ingenti apud omnes Ordines, maximè Friſios, ſui derelicto deſiderio, patris exemplo ſpiritum patriæ conſecravit anno 1640. quo glorioſe ipſo hoſte teſte defuncto, Friſia Gubernatorem ſuum eſſe voluit fratrem defuncti Gulielmum Fredericum Naſſovium, digniſſimum tanti parentis & fratris ſucceſſorem: Groninga vero, Ommelandia, & Drentia ceſſerunt Celſiſſimo Principi Auraico Henrico Frederico, qui & in ipſe poſtquam maximas res geſſiſſet, Regemque Hiſpaniarum ultra pacem ambire compuliſſet, vivere deſiit Hagæ-Comitum d. 14. Martii, anno 1647. quo ipſo die filius ipſius unicus Guilielmus Auraicus ut ſupremus militiæ terra marique præfectus Ordinibus Generalibus ſacramentum dixit. Paulo poſt ex ordine ſex Provinciæ, quod vivo etiam parenti promiſerant, hunc ipſum pro ſuo Gubernatore agnove-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

runt : ſola Friſia manente ſeparata ratione Gubernatoris ab aliis provinciis : quod vero miraculo ſimile, quo & illa aliquando Auraici moderamen agnoſceret, Guilielmus Fredericus non ante quievit, quam ſuæ provinciæ Ordines fidem dediſſent, quod ſi ſibi fatale quid accideret, alium Gubernatorem non eſſe agnituros, quam Gulielmum Auraicum. Sed ô fati vim, ubioſque & incertos caſus humanarum rerum ! dum omnes fœderati Belgæ ſperant ſe ſub Gulielmo II. Auraico multos annos quietè ætatem acturos, præter exſpectationem omnium, vix dum per provincias vulgato morbo exſpirat Hagæ-Comitum die 6. Novemb. anno 1650. orbis relictis non ſolùm provinciis, per illius exceſſum non leviter turbatis, verum etiam mœſtiſſima vidua quæ tamen ex ſingulari Dei gratia octo diebus poſt feliciter ei enixa eſt filium poſthumum. Deus Opt. Max. vitalem eum eſſe velit, induatque eo ſpiritu, qui admirandum ſe prodidit in proavo, avo, patruo magno, parente & tot aliis heroibus domus Naſſoviæ. Dum vero aliæ provinciæ electionem Gubernatoris differunt, Groninga & Ommelandia, exemplum mox ſequente Drentia, pro Gubernatore ſuo elegerunt probatæ virtutis, fidei, & prudentiæ heroa Guilielmum Fredericum Naſſovium, Friſiæ vicinæ illud re ipſa præſtando, quod promiſerant anno 1632.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPUT XVII.

De Gubernatoris munere.

CUm Gubernatoris munus propter diverſitatem Inſtructionis, à diverſis provinciis diverſimode ei dari ſolitæ, diverſum hactenus fuerit, vix certis quibuſdam capitibus comprehendi poteſt. Quamvis vero ex conſuetudine Ordines Generales hactenus cum tribus ex ordine ſibi ſuccedentibus Auraicis Principibus fere omnia ſua conſilia conferre conſueverint, iſque qui hebdomatim in ſupremo illo conſeſſu præſidere ſolet, quotieſcunque Senatus habendus eſſet, ſuas Celſitudines conſulere conſueverint, ad hoc in Hollandia, ac Diœceſi Vltrajectina, ubi Civitates, aut Toparchias aliquas poſſederunt, ratione earum, ut ante circa Zeelandiam oſtendimus, authoritate aut prærogativa qua gaviſæ fuerint, quæ per alias Provincias eis non fuit conceſſa; ad hoc hactenus una provincia præ alia pluſculum eis aut detulerit per inſtructionem (quam cujuſque provinciæ Ordines pro arbitrio ſuo aut extendere, aut reſtringere poſſunt) aut ex indultu quoque tacitè conceſſerit: quando tamen de exercitio Majeſtatis agitur, nihil eorum reſpici debet, ſed ſolum attendi illud, quod hactenus in Commune

Gu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Gubernatori, ratione earum provinciarum quarum curam gerit, competit. Sepoſitis ergo aliis, occurrunt ſex capita diſtinctè conſideranda.

Primo, Gubernatori convenit, ratione muneris, jus concedendæ indulgentiæ capitalium quoque criminum, eximendo ſcil. pœnæ capitis reos, vulgo vocant *'t Recht van Perdonneeren.* Solet vero hoc jus à Politicis majorum gentium inter jura Majeſtatis referri.

Secundo, in Provinciis ubi ſunt curiæ judiciales (vulgo dicunt *'t Hof van Iuſtitie.*) Præſes earundem habetur; nomenque illius ac tituli omnibus actis decretiſque, ibi dein conditis præmittuntur.

Tertio, ubi hoc receptum eſt antiquitus, conſtituit ſecundùm eum ordinem, qui obſervari ſolet, Magiſtratus, ſive pro ſuo arbitrio abſolutè, ſive ex numero certo nominatorum ſingulos eligendo. In Geldria quidem hactenus hoc factitatum Noviomagi: in Hollandia ubique, exceptis Horna, Enchuſa, Edamo, & Monachodamo. In Zelandia ubique, excepta Goeſa. Ultrajecti per totam provinciam. In Friſia hodie idem fit ab eo, qui pro tempore Gubernator eſt, ad hunc enim Curiæ partes devolutæ ſunt. Extenſa hæc poteſtas uſque ad ſatrapras (vulgo *Droſt-Ampten*) *Patriciatus*, (vulgo *Raets-heer-ampten*) Marechallatus, Præturas urbanas (vulgo *Schout-ampten*

amptenin de Steden oft Bailjuſchappen) aliaque ſimilia, quæ enumerare longum foret.

Quartò, in ſuis propriiſque cauſſis ad exteros Principes, atque Reſpublicas mittere poteſt legatos: Imo legatos ab exteris aut Principibus, aut Rebuſpubl. miſſos ad Ordines Generales, ſingulatim atque privatim audire.

Quintò, ipſius officium eſt, operam dare, ut ea quæ decreta ſunt ab Ordinibus illius provinciæ, cujus Gubernatorem agit, aut aliàs ab iiſdem approbata ſunt, executioni mandentur.

Sextò, ſecundum *artic. 9. & 14: Vnionis Vltrajectinæ* conſtitutus fuit arbiter publicarum ac privatarum controverſiarum majorum, quæ vel inter provincias plures, vel inter certa certarum Provinciarum Ordinum membra, vel etiam inter Ordines & quoſdam ex ſubditis oriuntur: De quibus vel ſolus *ex æquo & bono* arbitrari potuit, vel ſi graviores viderentur, adhibitis quibuſdam aſſeſſoribus à ſtudio partium remotis. Quicquid autem ab eo ex æquo & bono ſtatutum fuerit, in eo partes litigantes acquieſcere debere, expreſſe ſancitur d. art, 9.

Reliq ua, quæ Gubernatori convenerunt, quatenus etiam fuit ſupremus Belli terra marique Imperator, aliàs conſiderabuntur: Neque enim duo hæc diſtincta munera, ut per errorem ab exteris quibuſdam rerum Belgicarum minus peritis factum eſt, confun debent,

bent,cum ſint per omnia diſtincta, neque ille, qui nomine omnium Provinciarum fœderatarum ſupremus eſt Belli Imperator, pariter quoque omnium Provinciarum Gubernator ſit.

CAPVT XVIII.

An fœderatæ provinciæ poſſint ſubſiſtere ſine gubernatore.

QVum Gubernatores Belgii fœderati ad finem uſque deduxerimus,& quænam antehac eorum exiſtimatio & poteſtas,& alicui etiamnum ſit diſtincte explicuerimus; ex re eſt amplius expendamus, an abſolute hiſce provinciis ſint neceſſarii,ut iis deſtitui neutiquam poſſint? exiſtimant quidem extranei multi, ſanè hac in parte habendi ἀλλοτριοεπίσκοποι & nimis curioſi alienarum rerum inſpectores, eademque ſententia ſedet adhuc in ipſa patria quàm multis, qui neſciunt diſtinguere inter ea, quæ in Vnione Vltrajectina haberi debent tanquam eſſentialia, & illa de quibus, tanquam accidentaliter ſe habentibus,ratione diverſarum temporis circumſtantiarum diverſimode diſpenſari poteſt. Quum ſuperioritas nunquam ulli Gubernatori delata fuerit, (licet nonnullis quædam indulta ſint quæ ſuperioritatem aliquam arguere multorum judicio

dicio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

dicio videbantur) atque,ut ex antecedentibus patet,aliquis poſſit eſſe alicujus, imo plurium provinciarum Gubernator, qui non pariter ſit ſupremus exercitus Imperator; enimvero illi, penes quos eſt Superioritas, per ſe ipſi exercere poſſunt ea, quorum exercitium ex libera delegatione antehac ipſi Gubernatori commiſerunt: maximè quod Gubernator & antehac à Belgii Principibus nullum alium in finem couſtituti fuerint,quam, ut eas provincias, in quibus ipſi præſentes eſſe non poterant, immunes ab inteſtinis motibus, quantum in ſe, præſtarent: Si ergo omnia ex delegatione egerunt Gubernatores,ſupplendo vices delegantium, qui abſentes erant, quare non ipſi delegantes, qui in hac rep. fuerunt Ordines cujuſque provinciæ, maximè cum ſemper præſentes ſint,per ſe exequi ea omnia poſſunt, quæ nomine ſuo præcedentibus annis Gubernator exequi ſolet? Nec obſtat quod in Unione Ultrajectina ſæpius nominentur Gubernatores: per illos enim intelligi alios non poſſe, quam eos qui tum vivebant, exinde conſtat, quod Geldria tum proprium ſuum habuerit Gubernatorem, quum tamen poſt unionem jam factam per annos plurimos communem cum Hollandia & Zelandia Gubernatorem habuerit. Ad hoc quis credat patriæ patres, qui poſteris ſuis per unionem Ultrajectinam mirum quàm providerunt, unquam voluiſſe ſibi legem præſcribere,

bere, de aſſciſcendo miniſtro, quo carere aliquando ex Dei gratia poſſent. Ad rem quoque non facit, quod ab aliis dicitur, ideo neceſſario cuique provinciæ Gubernatorem dari debere quo ipſe inſtar dictatoris apud Romanos inteſtinis motibus tempeſtivè occurrere queat: nam ut antehac ne quidem pro ſuo arbitrio lites in qua provincia abortas determinare potuit, ac ſemper fermè in eum & aliarum provinciarum delegatos tantum compromiſſum ſit, ab illis provinciis, quæ commotæ eſſe videbantur: quis non videt provincias fortè (quod Deus avertat) laborantes æquè compromittere poſſe (quo turbis eximantur) in reliquarum provinciarum, quæ extra partes ſunt, aut aliquarum ex illis delegatos, atque antehac in Gubernatores cum ſuis delegatis compromiſerunt: maximè quod Gubernator, ſi legitimè ageret (exemplum occurrit anno 1610. circa Ultrajectinos) nunquam ſe accinxerit ad motus in aliqua provincia componendos, niſi antea communicato conſilio cum Ordinibus Generalibus, quibus ut ratione fœderis quæque provincia diſtinctè conſiderata minor eſt, ita pariter eorum munus providere ne quæ provincia per inteſtinam diſcordiam pereat. Interim cuique provinciæ jus ſuum ſartum tectumque eſt, &, ſi circumſtantia temporis exigere videatur, Gubernatorem ſibi conſtituere poteſt citra aliarum quoque provinciarum præjudicium.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPVT XIX.

De opibus, quibus Fœderatorum Belgarum res ſuſtentantur.

REſtat igitur nunc, ut de præcipuo hujus Imperii nervo, opibus nimirum dicamus. Illæ enim diverſis in proventibus conſiſtunt, exque iis colliguntur.

1. Primò in Canone, quem quotannis præſtant pro communis cauſæ defenſione ſingulæ ditiones fœderatæ, *Quotam* vulgò vocant. Statutum quidem erat Trajectino fœdere, cujus leges capite primo perſequuti ſumus, ut in omnibus ac ſingulis Fœderatis ditionibus eadem tributorum ac vectigalium ratio iniretur: at verò experiundo cognitum eſt, rem eam factu inprimis difficilem atque etiam iniquam eſſe. Cum enim E G. in Hollandia, quàm in Geldria multò fœcundior ſit ager, pluſque ex eo Dominus aut Colonus reportet, iniquum viſum eſt, ob totidem agri Geldrici jugera tantùm quotannis conferre, quantùm ob totidem agri Hollandici fœcundioris jugera perſolvitur ac præſtatur. Atque eam diverſitatem aliis quoque in rebus obſervare fuit. Proinde æquius multò, utiliuſque viſum eſt, communi conſenſu ſingulis ditionibus indicere annuum Canonem, majorem mi-

minoremve, prout majores minoreſve ſingularum ditionum opes deprehenderentur, & prout alia atque alia neciſſitas Reipublicæ flagitaret. Ita U G. ubi in commune ſingulis fœderatis ditionibus conferenda ſunt *centum florenorum millia*; ſola Hollandiæ ditio confert *quinquaginta & octo florenorum millia*, quoniam ea omnium eſt opulentiſſima, Zelandia *novem*, & Friſia *undecim florenorum millia*, quoniam ad Hollandiæ opes illæ propius quam cæteræ ditiones accedunt, à quibus vilius aliquid minuſve confertur. Gelria, Ultrajectina Diæceſis, & Groninga, *quinque florenorum millia* exhibent; Tranſiſulania modo tria millia. Canone iſto ſemel præſcripto, integrum eſt uniuſcujuſque ditionis Ordinibus pro arbitrio, prout maximè ditioni ſuæ convenire exiſtimant, inire rationem, quâ per tributa aut vectigalia, aut alios aliquos modos ex privatorum fortunis tantum æris colligatur, quantùm ſufficit ad annuum Canonem perſolvendum. Hæc eſt ipſiſſima ratio, ob quam tributorum ac publicorum onerum in ſingulis Fœderatorum provinciis tantum hodieque eſt obſervare diverſitatem. Porro Canon ille non tam confertur in ærarium commune Fœderatorum, quam per aſſignationem, ut vulgo loquuntur, à ſingularum ditionum Ordinibus in eos diſtribuitur, quibus debet Reſpublica Fœderatorum; Utili ſane inſtituto, cum pecunia omnis tan-

tò

tò magis decreſcat, quantò ſæpius aliorum atque aliorum quæſtorum manus mutare neceſſe habet.

2. Secundò in *Licentiis*, ſic enim vocant, ſive in eo vectigali quod penditur mercium nomine, quæ in agrum Belgii Hiſpanici hoſtilem ex his ditionibus terra aut mari importantur. Conſultum enim ab initio hujus Imperii viſum eſt, ut id liceret, unde vectigal illud *Licentia*, quaſi licitum dixeris, vocatur, idque ob ingentem pecuniæ vim, quæ hoc nomine refertur, diſpoſitis in eam rem in portubus & civitatibus omnibus limitaneis Fœderatorum ſingularibus publicanis, *Licentmeeſters*, ac *Cherchers* vulgo appellantur, qui excuſſis ejuſmodi mercibus eorum nomine tantum exigunt, quantum legibus publicis eſt definitum. Ne tamen ea res noxia ſit ſecuritati, ac promovendis Fœderatorum rebus, lege cautum eſt, indicta capitis pœna, ne quis arma aut alia, quæ eo ullatenus ſpectant aut faciunt, evehat in agrum hoſtilem. Moribus etiam receptum eſt, ſubinde licentiam illam in aliis quoque mercibus evehendis tollere, ſive claudere, ut vulgo loquuntur: quoties nempe ex re Fœderatorum eſt, augendi inter hoſtes pretium annonæ, & venalium omnium neceſſariarum rerum caritatem intendi atque augeri. Ita admodum proſunt, neque ulla ratione noxia ſunt commercia, quæ cum hoſtibus ſic inſtituunt atque exercent Fœderati.

3. Ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

3. Tertiò in eo tributo, quod literarum Salvi Conductus, vulgo *Paſpoorten*, nomine à Fœderatis obtentarum illi perſolvunt, qui privatarum rerum cauſa ex ditionibus atque urbibus Belgii Hiſpanici ad aliquod temporis ſpatium conferre ſe volunt in ditiones Fœderatorum. Hac ratione etiam magna pecuniæ vis colligitur pro quibuſlibet ejuſmodi literis, ab unoquoque Florenis triginta præterpropter ſolutis. Interim ne illa libertas hoſtibus conceſſa officiat ſecurati Reipublicæ, raro ea iis conceditur, qui militaribus aut togatis inter hoſtes dignitatibus utuntur: aliis verò omnibus conceditur, quæ ſex menſium ſpatio definita atque coarctata eſt.

4. Quartò in contributionibus, quas vocant. Sunt autem hæ nihil aliud, quam annui Canones, quos pagi ſinguli, qui inter limitaneas hoſtium ac Fœderatorum Civitates medii ac cujuſvis parti patentes poſiti ſunt, ſolvere tenentur, quo eo nomine ab omnibus hoſtilibus injuriis agant ac ſint immunes. Tantùm autem pendunt Fœderatis, quantùm ab iis exigit Rex Hiſpaniarum, & Belgii Hiſpanici Dominus. Recipiendi hujus canonis cauſâ in celebrioribus limitaneis Fœderatorum Civitatibus Quæſtores ſinguli ac æraria ſunt inſtituta.

5. Quintò in tributis, quæ in limitaneis Civitatibus Brabantiæ & Flandriæ ſub ditionem Fœderatorum redactis, vini, cereviſiæ, ſalis,

ılis, ædium denique ac fundorum ſingulo-
ım nomine penduntur.
6. Sextò in præda militari ab hoſtibus ac-
epta, cujus portionem Reipublicæ Fœderatæ
dere ſupra diximus.
7. Septimò in auxiliari ære; Auxiliare au-
m æs vocamus, quod Principes fædarati,
alli imprimis & Angli, quoties bello cum
iſpanis illigati ſunt, conferre in Fœderato-
ım ærarium ex legibus Fœderum conſueve-
ınt, ea conditione, ut eo ad conducendum
ajorem militum numerum Fœderati Or-
nes utantur. Ita enim & rectè judicant illi
eges, quò majoribus viribus à Fœderatis
elgis Hiſpanorum res premuntur, eò adver-
s Hiſpanos ſic diſtractos & diſtentos, facilio-
m felicioremque ſibi eſſe belli adminiſtra-
onem.
Ita Galli ſuo ære olim in Fœderato Belgio
uerunt quatuor peditum millia, equitum
iam 200. Sereniſſima etiam Venetorum Re-
ublica ex inito fœdere anno hujus ſeculi vi-
ſimo ſecundo Reipublicæ huic, quamdiu
llo Hiſpanico ea eſt illigata, in menſes ſin-
los debet quinquaginta millia florenorum.
nglorum ejuſmodi ſubſidia hodie nulla
ınt.
8. Octavò in ære fœnebri; Æs autem fœ-
ıbre nobis dicitur pecunia à privatis volen-
us credita Reipublicæ, ea lege ut iis volen-
us ſors cum uſuris reddatur. Uſuræ au-
tem,

tem, quas hoc nomine perſolvit Reſpublica, ſunt florenti centum annui pro aunuo uſu ſortis bis mille florenorum,

Opibus his, exceptis iis, quæ ex Canone ſingularum ditionum reſultant, recipiendis, aſſervandis, & ex decreto Fœderatorum Ordinum diſtribuendis, præpoſitus eſt ſingularis Senatus, qui *Cameræ Rationum Generalium* habet cognomentum. Conſtat autem Senatus ille ex ſingularum ditionum ſingulis Legatis.

CAPVT XX.

De præcipuis munimentis, quibus domi aut foris Fœderatorum Reſpublica ſuſtentatur.

MUnimenta præcipua hujus Reipublicæ domi quidem in ſitu locorum & beneficiis naturæ, in munitis Civitatibus, tanquam clauſtris Imperii, ac denique in militia; foris verò in fœderibus cum externis aut remotis, aut vicinis Regibus, aut populis, percuſſis poſita ſunt. De domeſticis prꝺſidiis nunc ante omnia dicendum eſt.

2. Situs ad tutelam adverſus belli vim & exercenda commercia pro acquirendis opibus, inprimis comparatus eſt, maris ac ampliſſimorum fluminum circumfluentium bene-

ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

eficio, unde pene in proverbium abiit: ut *tu-
indis Fœderatis Belgis natum eſt mare, ita tu-
endo & poſſidendo mari natos eſſe Belgas* Fœde-
os. Quare quò in eo rerum potiantur, quidvis
dem impendunt: Intelligentes veriſſimum
ſſe illud Oraculum, quod ſub initium Reipu-
licæ ſuæ in nummis publicis expreſſerunt:
nperator maris eſt terræ Dominus.
Hiſpani ſub initium horum bellorum non
tis animadvertiſſe videntur, erepto & clau-
veluti fœderatis mari, omnem eorum
m è veſtigio peſſum ituram. Hodie autem
cti cautiores & experimentis edocti, vim
æcipuam ad impediendas turbandaſque
atavorum navigationes & negotiationes
nvertere videntur, non minus pro iis tu-
ndis ſollicitis Fœderatis. Præter mare hu-
s Imperii ditiones nobiliſſimi amnes, Mo-
, Rhenus & Iſula propre faciunt inacceſſas,
io & confert plurimum Lex, quæ in Fœ-
rato Belgio accuratiſſimè obſervatur, quæ
acet, ut jus ac beneficium redimendorum
ptivorum non habeat locum in iis hoſti-
s, qui in fluminibus illis publicis interio-
buſque eorum fluentis capiuntur. Enimve-
in tales capitali ſupplicio è veſtigio anim-
vertitur, & eo quidem injecto metu fit, ut
mina illa hoſtilibus excurſionibus minus
feſtentur.

3. Munitæ Civitates poſitæ ſunt in limi-
hujus Imperii, non in Brabantia modò,
Flan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Flandria, Geldriaque & Friſia : ſed in ipſo etiam Germanici Imperii fundo, ut Rhenoberga, Veſalia, aliæque quæ in Cliviam ac ſuperiorem Rhenum excurrunt Fœderatorum arces ac civitates. Id autem quo minus mirum videatur, & ut quiſque intelligat, amicitiam, quæ Reipublicæ Fœderatæ intercedit cum Cæſare & Principibus Germanici Imperii, ſic non eſſe violatam, occaſio ejus rei ac rationes paulo propiùs ſunt aperiendæ.

4. Exorto igitur inter Hiſpanos & Fœderatos Belgas bello, plurimas Imperii, Clivenſis Ducis, Electoriſque Colonienſis civitates vi armorum aut occupatione ſub ditionem ſuam redegerunt Fœderati, quin & in limitaneo earundem ditionum agro caſtella plurima, aliaque militiæ opera exſtruxerunt. Itaque inter Imperatorem, Clivenſem & Colonienſem Principes, ipſoſque Ordines Fœderatos multis & acerrimis diſputationibus litigatum eſt : an id liceret aut æquum eſſet. Illi, quorum Civitates vel agri erant occupati, contendebant. 1. Amicos ſeſe eſſe Fœderatis Belgis, itaque hoſtilia ſibi aut agro ſuo inferri non oportere, inter certamina Hiſpanorum ac Belgarum ſibi ſaltem beneficium Neutralitatis, quod vocant deberi. 2. Neminis eſſe, ſi æquus ſit & bonus, invadere dominium rei alienæ ; vacua tantum fieri occupantium. 3. Ex urbibus ſuis occupatis, ſuoque in agro exſtructis arcibus merito ſe ſecuritati ſuæ ac liber

ibertati metuere. Hiſpanos quidem priores ſed nullo jure id tentaſſe,ac proinde haud eſſe Fœderatorum , iniquiſſimum Hiſpanorum nſtitutum imitari.

Contra vero Ordines Fœderati pro cauſa ua acriter contendebant ; 1. Amicos ſe icinos illos libenter agnoſcere , ſed nec micitiam lædi , ubi à vicinis innoxium beneficium petitur & reportatur, arcibuſque xtructis, occupatiſque civitatibus nihil propoſitum ſibi , niſi propriam ſecuritatem , ab mni noxa in vicinos fuiſſe & futuros alienos. 2. Agnoſcere ſe quidem Neutralitatis beneficio uti has Civitates oportere , ſed ſpectu hoſtium Hiſpanorum , qui eas auctriores invaſerint , aut invadere conſtituant, aſdem Civitates ut hoſtiles invadere ſeſe tque occupare. 3. Non invadi à ſe domiium rei alienæ , omnia integra manere Dominis, imperium , privilegium , juriſdictionem,& ſi quid ejus generis eſt; Præſidio tanum ſuo militari in iis Civitatibus ſe facere ocum,& facere debere, cum adverſus Hiſpaorum irruptiones, cum præſentiſſimo periulo Fœderatorum eas idoneis & ſuis præſiiis earum domini tueri vel non poſſint , vel on velint. Itaque non tam eripi eas Civitas Dominis , quam jure belli occupantibus ut occupaturis Hiſpanis.

5. Sed & juris pro ſe facere authoritatem on vanè contendebant. Quemadmodum

enim in jure privato Romanorum Legis Aquiliæ actio ceſſat, dum quis arcendi ab ædibus ſuis incendii causâ ædes vicinas flammâ correptas deſtruit, ob juſtum nimirum metum, ne ſuas quoque ædes ignis invadat: ita multò majori jure in publica gentium ac Principum cauſa poſſunt illi, cum à potente hoſte per latus alienum expectant præſentiſſimum diſcrimen vicinorum Principum vel impotentium, vel merito ſuſpectorum Urbes arceſque invadere, ſuiſque eas præſidiis firmare.

6. Igitur fruſtra alia & contraria demonſtrantibus vicinis Fœderati Ordines in cæpto conſilio in hunc uſque diem perrexere. Atque ita factum eſt, ut per latus vel infirmiorum, vel negligenter agentium, vel ſub larva ac titulo Neutralitatis, quam vocant, inſidias clam meditantium Ditiones Fœderatorum, quæ in Superiorem Germaniam extenduntur, contra Hiſpanorum vota extiterint tutiores.

7. In munitis iſtis præſidiariis Civitatibus præter idoneum militum præſidium, duo ferè horrea ſunt, alterum annonæ militaris, alterum illius ſpeciei annonariæ, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſario requiritur.

8. Præſidio militari præeſt aut Gubernator, aut ille, quem Commendatorem vulgò ſolent appellare. Commendatoris nomine utuntur Præfecti minoribus Civitatibus limitaneis

taneis; Gubernatores verò dicuntur, qui majoribus gubernandis impoſiti ſunt. Ad ſecuritatem autem urbium ejuſmodi inſtitutum eſt, ut portarum claves partim ſint in Præfectorum, partim in Urbanorum Conſulum manu. Juriſdictio etiam in iis militaris & urbana planè eſt diſtincta, adeo ut neque Præfecti militares in cives, neque Urbani Judices in milites juris dicundi habeant poteſtatem.

9. Militem Fœderatorum quod ſpectat, partim ille externus eſt, partim domeſticus. Sed longè major domeſtico externi militis numerus eſt, quia Fœderatorum ſubditi, qui tenuioris ſunt fortunæ, in remotis navigationibus potius ſeſe occupant, quam in ea militia, quæ terra adminiſtratur. Neque facile quis ideo præſumat, minus tutum eſſe hoc Imperium, quod nempe inſiſtat ac innitatur fidei militum externorum. Quippe externus miles non hic unius eſt, ſed diverſæ nationis, Germanus in primis, Gallus, Anglus atque Scotus; quæ nationes cum diverſi plerumque ingenii ſint ac inſtituti, multiſque inter ſe æmulationibus committantur, non facile futurum eſt, ut pariter conſpirent ad evertendam hujus Reipublicæ ſecuritatem. Hæc etiam ratio eſt, ob quam in ſingulis majoribus limitaneis Civitatibus præſidia militaria non unius, ſed diverſarum nationum diſponantur atque conjungantur.

10. Numerus militum, qui Sacramen-

tum dixerunt Fœderatis, hodie fermè ad centum millia excreſcere creditur. Centuriæ ac turmæ conſtant ferè militibus centenis, paucis quibuſdam exceptis, in quibus majorem minoremve etiam numerum invenire eſt. Ex decem, ſubinde & duodecim, ſexdecim, ſeptendecim vel octodecim centuriis aut turmis conſtituuntur legiones: quibus ſingulis Colonelli nomine unus præfectus eſt.

11. Miles partim eques, partim pedes eſt, ſed eques numero multò minor quam pedes, quòd in hac militia, quæ in Poliorceticis, ſive expugnatione Urbium potius quam præliis verſatur, rarior ſit equitum uſus. Equitum porro duo ſunt genera, quorum alii à diverſa armatura Curaſſitii, alii Harquebuſitii appellantur. Lancearius autem eques, utpote parum utilis aut habilis, jam pridem hic rejectus eſt. Singulis equitibus equi eſſe debent non minoris altitudinis, quam quindecim ingentium virilium palmarum, facto menſuræ initio à calce pedis prioris obliquo flexu ad verticem uſque ſcapulæ. Pedes alius haſtatus, alius ſclopis longioribus inſtructus eſt; plures tamen ſclopetarii quam haſtati ſunt, quod eorum in oppugnatione Urbium major frequentiorque ſit uſus.

12. Menſtruum ſtipendium pediti eſt undecim noſtratium florenorum, Equiti autem florenorum triginta. Pediti hebdomadis ſingulis

gulis pars ſtipendii perſolvi, Equiti ſingulis menſibus conſuevit. Stipendia porro promptè ſatis iis perſolvuntur, qui ipſo Fœderatorum ære merent; minus promptè iis, qui merent auxiliari ære Gallorum, quod id æs tardius plerumque repræſentetur.

13. Notare autem convenerit morem in fœderato Belgio receptum, quo etiam cum exhauſtum prope ſit aut inopiâ laboret publicum ærarium; ſua tamen pleriſque militibus ſtipendia ſeptimanis ac menſibus ſingulis præſtantur. Nimirum inſtituti ac recepti ſunt homines quidam, qui à ſollicitandis pecuniis militaribus atque decreto Ordinum obtinendis, Sollicitatores, vulgo *Sollíciteurs*, ſolent appellari ſingulæ centuriæ aut turmæ talem ſibi eligunt, qui & ſedulo inſtet, quo debitum ſtipendium ab Ordinibus obtineatur: & ſi ob inopiam ærarii ſtatim obtineri non poſſit, aut ſuis privatis opibus, aut pecunia ab aliis mutuo accepta curet, ut hebdomadale aut menſtruum ſtipendium continuo paratum ſit; ad id agendum magni certique lucri ſpe ac causâ ſollicitatores illi impelluntur: Nam pro expoſitis creditiſque e. g. Florenis centum, Sollicitatores (ejus quod intereſt nomine) ſubinde florenos decem, majorem ſubinde minoremve ſummam ſubtrahunt illi ſummæ, quæ turmarum aut centuriarum præfectis ab Ordinibus debetur, tandemque

certò perſolvitur. Homines igitur opulenti pecunias ſuas Sollicitatoribus credunt, ordinarias tantum uſuras ſtipulati, & certi, futurum tandem ut ab Ordinibus, ſoluto ſtipendio ſortem recipiant cum ingentibus illis uſuris. Verum ut ea re fit, ne militi ſtipendium deſit, ita eadem ratione contingit, ut turmarum & centuriarum Duces ſub ſignis ſuis non habeant aut alant tantum militum numerum, quantum habere debent. Id enim quod uſuræ nomine Sollicitatoribus pendunt, putant recuperare ſeſe debere, acceptis ab Ordinibus ſtipendiis eorum militum nomine, quos ſimulant ſub ſignis ſeſe habere, non autem habent. Præter ordinarium ſtipendium miles quoque fruitur in limitaneis civitatibus immunitate conducendi hoſpitii: Id enim cives aut incolæ alii, pro Urbani Magiſtratus decreto aperire tenentur. His tamen eo nomine ex fœderatorum ærario aſſes ſex ſingulis hebdomadibus, cujuſvis militis excepti titulo, perſolvuntur. Hæc pecunia vulgò *Serviys geldt* appellatur.

14. Si fortè ab hoſte obſeſſæ ſint Civitates, & ordinaria ac recepta pecunia deſit, qua ſtipendium militi perſolvatur, ænea, aut ſtannea, aut coriacea, ſubinde etiam chartacea cudi conſuevit, ejuſque pretium conſtituitur ab urbano Magiſtratu, quod longè ſuperat valorem materiæ, ex qua nova illa moneta conſtat. Interim ſic ſibi libenter ſatisfieri patitur miles,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

miles, quia liberata civitate aut dedita, à Fœderatis Ordinibus extraordinarius Quæſtor conſtituitur, qui pro illa nova ac nullius prope valoris mox reddit currentem & juſti pretii monetam.

15. In Caſtris ac expeditione in gratiam etiam militum receptum eſt, ut res omnes venales immunes ſint à portoriis omnibus, vectigalibus & tributis.

16. In obſeſſis quoque civitatibus præter ordinarium ſtipendium, annona quoque ex horreis publicis gratis in militem diſtribuitur.

17. Capti milites gregarii, aut inferiores militum Duces, lytro ſoluto, utrinque redimuntur. De lytro autem inter Hiſpanos Fœderatoſqne ſic convenit, ut id non excedat menſtruum uniuſcujuſque capti ſtipendium. Aliier profectò cum civibus agitur, hi enim tantum ſolvere tenentur, quantum hoſtes exigunt, aut in fœtore carceris commorari, donec generalis & mutua redemptio captivorum, quod ſemel atque iterum quotannis contingit, inſtituatur. A captivitatis tamen diſcrimine immunes in Belgica hac militia ſunt fœminæ, ac pueri, qui ætatis duodecimum annum nondum exceſſerunt.

18. Atque ita ſe habet ordinarius miles. Sed verò urgente neceſſitate & ſubito aliquo periculo ingruente, extraordinarius miles conſcribitur, qui vulgo *Waert-gelders*, ſolent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

appellari, planè iidem quos ſubitarios vocant veteres Romani. Hi ad tempus modo aliquod conducuntur, & quo promptiores ſint ad dandum militiæ nomen, diurnum iis ſtipendium decem aſſium offertur. Verum quia multi ſpe tam ampli ſtipendii allecti deſerere ſolent ordinarias centurias, & novarum ſigna libentius ſequuntur, plerumque judicatum potius civium cohortes, in quas multitudo civitatum paſſim hic eſt diſtributa, in ſubitariorum locum ſubſtituere, iiſque, veterano atque exercito milite aſſumpto in expeditiones, curam ac præſidium limitanearum civitatum mandare.

19. Miles omnis & in caſtris & in limitaneis Urbibus ſubeſt Juriſdictioni militaris Senatus, qui in caſtris conſtat ex ſupremo Militiæ Imperatore, aut Præſide, qui ejus locum tuetur, ac ſingularum legionum ſupremis Legatis; in limitaneis civitatibus, ex ſupremo earum Præfecto, cæteriſque omnibus in præſidio agentibus Centurionibus. Hi jus dicunt ex præſcripta à fœderatis Ordinibus formula, quæ vulgo *Artÿkels brief* appellatur, ac publicè typis deſcripta exſtat.

20. In ea pleraque delicta militaria capitalia cenſentur.

21. Claſſiarii militis, cujus in mari uſus eſt, ſtipendium in menſes ſingulos octo eſt florenorum, atque inſuper de victu ei eſt proviſum. Præfectus enim navis alere milites claſ-

ſiarios,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſarios,ſociosque navales cogitur,uniuſcujus-que nomine accepto ex ærario Fœderatorum in dies ſingulos ſex aſſium pretio.

22. Porro jus ordinariæ redemptionis captivorum in militia hac maritima non habet locum; Imò ſub initium horum bellorum ne quidem locum habuit beneficium captivitatis,& quotquot in hoſtium veniebant poteſtatem, manibus pedibuſque colligatis ſtatim in profundum mergebantur. At quia utrique parti id inſtitutum crudelius inhumaniuſque tandem viſum fuit, placuit beneficio captivitatis facere locum, ſed non ordinariæ redemptionis. Cauſa ejus moris inter Hiſpanos iſta fuit,ut longæ ac duræ captivitatis metu Fœderatorum ſubditi à navigationibus & militia maritima, in quibus hîc vis rerum eſt,deterrerentur. Cauſa vero cur id ipſum Fœderatis etiam placuerit,iſta eſt,quod judicarint majori animo naves ſeque illos tutaturos, quibus triſtis adeo captivitatis formido animis oculiſque continuè obverſatur.

23. Præcipuæ autem urbes, ex quibus opportunitate portuum, excurſiones maritimas facere ſolebant Hiſpani, ſunt Duynkerka & Oſtenda. Ideoque tota æſtate, & cum maximè velitica tio fervet, illius portum quotannis obſidere Fœderati valida claſſe ſolebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPUT XXI.

De Fœderibus, quæ Fœderatæ Reipublicæ cum exteris Principibus aut populis intercedunt.

PRoximè dictum eſt de iis munimentis, quibus Fœderata Reſpublica domi innititur. Reſtat jam ut externa videamus. Sunt autem illa non niſi fœdera cum aliis vicinis aut remotis inita, vel communis hoſtis, vel commerciorum cauſa.

2. Tuentur ea fœdera Belgæ Fœderati vel per Agentes in rebus, vel per Legatos ordinarios. Legatorum annuum ſtipendium eſt decem millium florenorum. Solo Legato, qui in aula Conſtantinopolitana apud Turcarum Imperatorem agit, utente ſtipendio duodecim millium florenorum, ob majorem pompam, quæ in ſuſtinendo decore Legationis inter illas ambitioſas & externa maximè æſtimantes nationes requiritur. Sed ipſa ſingulatim fœdera videamus.

3. Cum Germanici Imperii Cæſare non tam fœdus aliquod, quam obſervata hactenus amicitia intercedit, Sunt interim qui exiſtimant, eam ſpecioſam magis eſſe quam veram. Certè conſtat noſtra & patrum memoria Cæſarem Hiſpanis in Belgio laborantibus ſæpius militares ſuppetias tuliſſe, quæ quam pri-

primum Hiſpanis erant junctæ, in ſpeciem quaſi ſacramenta & vexilla Cæſaris mutabant. Hac eadem arte Fœderati Ordines in juvandis Gallorum & Proteſtantium Principum in Germania laborantium rebus, uſi dicuntur.

Neque mirum eſt, vel abs re ſuſpicari lubet, proximos omnes Auſtriaci ſanguinis Cæſares meliora voluiſſe ac etiamnum velle ejuſdem ſtirpis Hiſpanicæ Regibus, quam cauſæ Fœderatorum Belgarum: quanquam Cæſar non una hactenus legatione urſerit Fæderati Belgii Ordines, ut quemadmodum ejus olim Principes, membra Imperii vaſallique, ut vulgo vocant, eſſe velint: Unde & in literis ad Fœderatos Ordines ſcriptis nonnunquam inter eorum titulos hac formula uſus eſt: *Fidelibus noſtris & Dilectis*.

Verum ab ea ſententia hactenus adeo alieni ſunt Ordines Fœderati, ut ejuſmodi litteras ſic inſcriptas non apertas remittendas ad Cæſarem identidem judicarint, addentes ſuum ſibi eſſe abſolutiſſimum Imperium, nec Belgii Principes, in quorum illi ſucceſſerunt locum, unquam Imperio aut Imperatoribus ut Vaſallos & Clientes fidelitatis dixiſſe juramentum. Interim inter ſubditos Imperii ac Fœderatorum commercia, aliaque officia, quæ amicorum ſunt, hactenus mutuò exercentur.

4. Cum Proteſtantibus Germaniæ Princi-

cipi-

cipibus inita à Fœderatis in mutuum auxilium fœdera narrant, ac publicis ſcriptis objecerunt hi, qui Cæſareanarum partium ſunt; & forſan vera ſunt, quæ objiciuntur. Cum enim ſuperioribus annis nihil æque Cæſari fuerit deſtinatum, quam acerrimo quodam Imperio opprimere omnem Germaniæ libertatem; Superiori autem Germaniâ ſub miſerrimæ ſervitutis jugum actâ, facile invadi poſſit inferior & ſubjugari: non adeo inconſultè fecerint Fœderati, ſi intellexerint, per Proteſtantium Principum latus ſenſim ac clam ſuam etiam impeti libertatem, ac proinde illorum cauſam ad ſe quoque ſenſerint pertinere.

5. Cum Hanſeaticis civitatibus commerciorum communium cauſa jam olim ante duo præter propter ſecula fœderati Belgii Ordines fœdus inière; Imo Hanſeaticarum Civitatum celeberrimæ quoque Hollandiæ ac Zelandiæ Civitates, membra ac partes factæ ſunt, ut Amſtelodamum, Middelburgum, Dordracum, aliæque. Hodie in eo adhuc fœdere utrinque perſiſtitur; quinimo ſuperioribus annis 1614. 1615. & 1616. longe arctius initum eſt, quo ad tuendam æquam omnem Hanſeaticarum Civitatum cauſam Fœderati Ordines ſeſe obſtrinxere. Quod factum adeo ægre interpretatus eſt Cæſar, ut conjurationis in Imperium ac perduellionis crimen Hanſeaticis Civitatibus pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

propterea objiciendum exiſtimaret. Verum hæ multis Legationibus tandem probavere jam olim jus competiiſſe ſibi ineundorum ejuſmodi fœderum, non agnita Cæſarum authoritate, eorumque aſſenſu implorato.

6. Cum Daniæ Rege olim initum fœdus vix quid aliud continet, quam mutuam commerciorum libertatem. Interim ob ingentia & ſuperioribus annis nimium auctа portoria, quæ in freto Sundano à mercatoribus Belgis ac nautis exiguntur, miſſis ſæpe legatis de eorum iniquitate Ordines Fœderati queri neceſſe habuerunt. Vtile tamen ac neceſſarium utrique parti hoc eſt fœdus, cum Fœderati Ordines carere haud poſſint freto Sundano, quo per omnem Septentionem merces Belgarum diſtribuuntur, etiam ligni illius inprimis copia, quam ad naves aliaque ejuſmodi exſtruendi ſuppeditare uberrimè Dania conſuevit. Sed nec Dani à pluribus defecti, quorum in fœderato Belgio copia eſt, carere poſſunt commerciis Fœderatorum. Quare viſum fuit poſtea arctius fœdus percuti ad liberum commercium per Fretum Sundanum in Mari Balthico conſervandum.

7. Cum Poloniæ Rege ac Republica itidem commerciorum cauſa, frumenti inprimis (quod affatim ex ea advehitur) causâ, amicitia colitur, non tamen ſine querelis

mul-

multis, præſertim ſuperioribus annis novis teloniis in Boruſſia ac alibi inſtitutis, quæ adeo gravia mercatoribus Belgis viſa ſunt, ut de mutandis illis navigationibus ac frumento aliunde, ex Moſcovia inprimis advehendo, ſeriò cœperint cogitare. Sed & ea occaſione in Ordinum Hollandiæ Comitiis deliberatum quoque eſt, de ineundo multorum annorum contractu cum Moſcoviæ Duce ratione commercii frnmentarii, concluſumque ut ea de re mitterentur Legati, cum poteſtate conveniendi cum ipſo, niſi illud novum telonii inſtitutum in Boruſſia tolleretur. Quod illorum inſtitutum, ne vanum poſſit videri, ſciendum eſt in Moſcovia villicornm & ruricolarum non differre à mancipiis conditionem, cum ipſe Dux plenam ſibi in ſuorum ſubditorum familiaribus bonis poteſtatem ſumat, unde fit, ut ferè nihil amplius acquirere ſtudeant, quam ipſa vitæ neceſſitas flagitat; hinc agricultura hactenus ibi negligitur, ita ut largior ſeges, tametſi in ſpatioſiſſimis arvis non proveniat, quam incolarum uſu quotannis conſumitur. Hoc itaque eſt, quod Hollandi Moſcoviæ Duci factâ ſpe ingentis proventus, perſuaſum voluerunt, ut vi poteſtatis ſuæ adigeret incolas ad diligentiorem agriculturam, cujus operæ urgendæ ac promovendæ, ſi ex ſua gente Præfectos certâ conventionis lege ibidem Hollandos conſtitutos habuerint, nihil certius ſibi pollicentur,

quam

quam intra paucorum annorum intervallum tantam in illis oris frumenti copiam, quanta ſibi ad proprios uſus & continuationem ejus commercii cum aliis gentibus ſufficeret. Inter dubia hujus deliberationis motum quidem fuit hujus Moſcoviticæ negotiationis hanc eſſe rationem, quod ob diſtantiam horum locorum ſemel tantùm, vel ad ſummum bis ſingulis annis naves redire poſſint. Verum ad reſarciendum hoc incommodum, oſtenſum eſt, naves ad illud iter adhibendas triplo capaciores eſſe iſtis, quæ in mari Balthico negotiantur, adeoque una vice tantum per eas advehi poſſe, quantum minores ter repetita navigatione apportare ſolent, immunes interim à teloniis in mari Balthico inſtitutis. Hujus rei metus effecit, ut illa telonia à Polonis vel imminuerentur vel tollerentur.

8. Cum Suecorum Rege olim ſcilicet annis 1615. & 1616. percuſſum fœdus eſt, commerciorum inprimis cauſa: paulo ante ſuſceptam in Germania expeditionem, arctius amicitia coaluit, atque inter partes convenit, ut Fœderatorum Belgarum Ordines durante in Auſtriacam Domum expeditione in Suecorum ærarium ſingulis menſibus quatuor millia florenorum inferrent. Res enim & inſtitutum Belgarum ea expeditione cum primis juvari videbatur. Sed ab aliquot annis commerciorum impedimentum in Mari Balthico;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

thico ; novumque Fœdus cum Rege Daniæ factum, ſecundùm quod Provinciæ fœderatæ ſuppetias Dano ferre tenentur, amicitia inter Reges Sueciæ & has Provincias hodie quaſi in bellum mutata eſt.

9. Cum Magno Moſcoviæ Duce, commerciorum quoque gratia jam olim tractatum eſt, atque inter alia ei indultum, ut conſcribendi hîc conducendique militis, atque hinc avehendæ militaris annonæ in poſterum haberet poteſtatem.

10. Cum Magno Turcarum Imperatore haud minus ampliſſimum fœdus intercedit, commerciorum tutarumque navigationum cauſa maxime inſtitutum. Quemadmodum & ea de cauſa ſingularibus conceſſionibus cum Perſarum quoque Imperatore, Tunetanis & Mauritaniæ in Africa Regulis iidem fœderati convenere.

11. In Italia cum ſola Sereniſſima Venetorum Republica fœdus hodieque colitur, quod ſplendoris partim cauſa inſtitutum eſt, partim quod duæ hæ prope ſolæ florentiſſimæ nunc Reſpublicæ eſſent, multiſque iiſdem inſtitutis uterentur. Sed cauſæ aliquid datum eſt, quare illius fœderis legibus convenit, ut durante adverſus Hiſpanos Belgarum bello, Veneti in menſes ſingulos penderent florenorum quidem millia, ſicuti & Fœderati Ordines tum quoque ſe obſtrinxere ad idoneas ſuppetias ferendas Veneto nomini, ſi forte ea

Reſpu-

Reſpublica bello Hiſpanico aliquando illigaretur.

12. Cum Anglis ſub initium hujus Reipublicæ & utiliſſimum & neceſſarium maximè fœdus initum eſt, regnante nempe Eliſabetha, quæ & caauſæ & religioni Reformatorum addicta, miſſis militaribus ſuppetiis, donataque partim, partim ad tempus credita magna pecuniæ vi, dubias adhuc nutanteſque Belgarum res ſuſtentavit; ſic tamen ut Belgæ clientum prope more ejus Reginæ Majeſtatem comiter obſervare tenerentur. Hodie Anglis cum Hiſpanis par eſt, nihilque ex fœdere Belgis ſupereſt aut competit, quam libertas commerciorum, uſus portuum ac poteſtas colligendorum ſupplementorum militarium per omnem Britanniæ ditionem.

Cum Gallorum Rege arctiſſima fœdera ſæpius percuſſa fuere, & ingentes pecuniȩ ſummas fœderatæ Provinciæ ab eo acceperunt ad bellum contra Hiſpanos promovendum: ſed pace inter has Provincias & Hiſpaniæ Regem factâ fœdera iſta finem habuere, amicitiâ adhuc integrâ manente.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

CAPUT XXII.

De cura rei maritimæ & ſupremis Archithalaſſicis conciliis, ejus tuendæ causâ à Fœderatorum Communitate inſtitutis.

CUm iis rebus maximè conſervetur Imperium, quibus partum eſt, maxima certe circa res maritimas cura eſſe debet penes Fœderatas nationes, quæ maris beneficio non modò opes omnes ſuas ſibi peperêre, ſed veluti dato quodam à natura ipſa invicto præſidio adverſus communem hoſtem ſunt tutiores.

2. Vis quæ in maritimo Imperio conſervando impenditur, verſatur in idoneo armatarum navium numero,quarum aliæ publicæ ſunt, aliæ privatorum.

Publicæ, quæ impenſis publicis; Privatæ quæ auſpiciis quidem publicis; ſed privatorum tamen hominum impenſis inſtruuntur atque adornantur. Nam ſtatim ab initio hujus Reipublicæ conſultiſſimum exiſtimatum eſt, præter maritimam vim publicam, privatos etiam propoſitis præmiis publicis ad eam curam invitare, plurimique ei ſe dedère, partim ob ſpem prędæ ampliſſimæ,partim etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ut propoſitis præmiis fruerentur, quæ majo-
ra vel minora ſunt, prout ab iis hoſtium naves
plurium aut pauciorum vehium (vulgo *laſten*
vocant:) capiuntur, hi *Vrybuyters* dicuntur.

3. Navium publicarum uſus eſt in ultro
citroque mercatorum navigantium navibus
adverſus vim tuendis (quod vulgo *convoyeren*,
vocant, quaſi *comitari* dixeris.) Præterea in ul-
tro citroque navigando mari proximo, eoque
adverſus Flandrorum irruptiones tutiori red-
dendo, quod vulgò *Cruyſſen*, quaſi dicas *diſ-
currere*, vocant. Denique in obſtruendo omni
maritimo aditu, per quem hoſtes aliàs facilè
poſſunt erumpere, quod vulgo *wachten*, quaſi
dicas *in ſtatione eſſe*, vocant.

4. Privatorum naves vel in bellicis ho-
ſtium in proximo hoc mari perſequendis, vel
in capiendis ditipiendiſque ditibus Hiſpano-
rum navibus ad Indiam inprimis Occidenta-
lem occupantur.

5. Omnibus his maximo Imperio præeſt
Archithalaſſus, vulgo *Admirael Generael*, qui
ſupremus Fœderatarum ditionum Guber-
nator aut Imperator eſt : neque tamen ille
præſertem ſe ſiſtit in maritimis expeditioni-
bus, cum ejus præſentia res domi ac terrâ ad-
miniſtrandæ haud poſſint carere: Itaque vices
ejus hic explet Vicarius Supremus, qui vulgò
Luytenant Admirael, appellatur.

6. Cum verò Ordinum Generalium ſit,
eâdem curâ invigilare maritimis rebus, quâ
mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

militiæ, quæ terrâ adminiſtratur, neque tamen omnibus his curis unus Senatus ſufficiat: & maritimæ rei Curatores in portubus potius, quam alibi muneris ſedem habere debeant, ab iis electi ſunt quidam alii, qui totius fœderatæ Communitatis nomine res maritimas tractarent. Conſtituunt autem illi non unum, ſed diverſa concilia in tribus potiſſimum maritimis ditionibus, *Hollandia*, *Zeelandia*, *Friſiaque*. In Hollandia tria ſunt, *Amſtelodamenſe*, *Roterodamenſe*, & *Hornanum*: quod poſtremum aliquando *Enchuſam* Borealis itidem Hollandiæ oppidum tranfertur. Unum in Zelandia, *Middelburgenſe*; unum etiam in Friſia, *Doccumenſe*, nunc *Harlingam* tranſlatum.

7. Conſtant ſingula hæc Concilia ex ſeptem Senatoribus: Hollandica ex quatuor Hollandis, & tribus aliis; Zelandica ex quatuor Zelandis; Friſica ex quatuor Friſiis, identidemque aliis tribus, qui è ſingularum ditionum membris electi, ab Ordinibus Generalibus delegantur & Sacramento adiguntur. His additur Secretarius unus, & itidem unus Fiſco maritimo Præfectus.

8. Caput & Præſes horum omnium Conciliorum eſt Supremus Gubernator, tanquam Supremus Archithalaſſus, cujus perſonam ſi abſit, tueri poteſt Archithalaſſus vicarius.

9. Bis quotannis olim, nunc quoties res poſtulat, ex ſingulis his conciliis miſſi Legati

Haga-

Hagæ Comitis conveniunt,ibique cum Ordi-
ibus Generalibus & Gubernatore deliberant
e maris & commerciorum præſtanda ſecu-
itate.

10. Ærarium illis proprium & ſuum eſt,
uod vulgò *nauticum* appellatur, cujus opes
onſtant ex ære, quod pro tutela navium ſua-
um ac mercium pendunt externi aut dome-
ici mercatores, etiam ex his portoriis, quæ
nvectarum & evectarum mercium nomine
portubus ſingulis perſolvuntur,vulgò *Con-
voy-gelden* appellantur. In hoc ærarium
tiam defertur omnis illa pecuniæ vis, quæ
ro mercibus in agrum hoſtilem avectis per-
olvitur,vulgò *Licenten*, quaſi *licentiam* dicas,
ocant.

11. Verum accepti & expenſi rationes ho-
um conciliorum Legati Ordinum Genera-
um Commiſſariis ſingulis ternis menſibus
eddere tenentur.

12. Capitaneos quos vocant ſeu Præfectos
avium nominandi iidem habent poteſtatem,
manente penes Archithalaſſum vi eligendi.

13. Cura & auctoritas horum in eo ge-
eratim verſatur, ut tutæ ſint adverſus vim
mnem hoſtilem navigationes, ut quivis ju-
e liberi maris utatur, ut claſſes & naves bel-
cæ ſuo tempore & loco paratæ ſint, omni-
uſque neceſſariis præſidiis inſtructæ, eas de-
inare in illa loca, in quibus navigantibus
maximè poſſint eſſe uſui. Denique contro-
ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

verſias omnes maritimæ rei cauſa inter nautas,ſocios navales,mercatoreſque exortas cognoſcere & decidere,à ſententia autem ab his probata appellationi non eſt locus, ſi ſumma rei, de qua quid controverſum eſt, florenos 600. non exceſſerit: ſi exceſſerit,reviſioni datur & permittitur locus.

14. Hoc etiam ſingulatim in horum conciliorum judiciis ac tribunali obſervandum eſt, quod non permittantur longa litis ſufflamina, quemadmodum in aliis dicaſteriis & Curiis judicialibus; Sola enim ſecunda replicatio quam culgò *duplicam* vocant, litigantibus partibus eſt permiſſa: Neque id ſine gravi ratione: cum mare frequentantium ventiſque commodis utentium interſit controverſias ſuas non trahi aut proferri, ſed quam fieri poteſt,celerrimè expediri.

15. Nullæ naves privatorum, de quibus dictum eſt, ſine horum impetrato conſenſu expreſſiſque mandatis, mare aut hoſtem tentant. Sin contra evenerit, in Præfectos aut Piratas animadvertitur; imò harum navium Præfecti datis idoneis fide juſſoribus in his conciliis cavere debent,nullis civibus aut amicorum populorum ſubditis damnum ſeſe illaturos.

16. Denique horum muneris eſt efficere ut in illata omni maritima præda jure ſuo ſibique debitis Communitas Fœderatorum fruatur. Debetur autem huic quinta pars omni

præ-

rædæ, decima pars Archithalaſſo, quod ſuper-
ſt in mercatores, qui ſuis expenſis naves in-
ruxere, navium Præfectos ac Claſſiarios
ſos diſtribuitur.

CAPVT XXIII.

e ſingulari Urbium Hollandicarum Regimine.

Actenus vidimus quomodo in univerſum
ſe habeat Hollandiæ adminiſtratio, ac per
rdines curatio. Reliquum eſt ut Regiminis
rmam, qualis in pleriſque civitatibus eſt,
nc videamus.

2. Urbium regimen conſtat ex Prætore,
Senatu, ex Conſulibus & Scabinis.

3. Prætor in ſingulis unus eſt, qui non qui-
m juris dicundi aliquam poteſtatem habet,
in criminalibus, quas vocant, cauſis, Ordi-
m nomine quaſi publicus quidam eſt accu-
or, qui adverſus reos actiones apud Scabi-
s inſtituit, penes quos examinandorum ac-
ationis capitum atque dicundi juris eſt po-
tas. Prætoribus nullum ſtipendium pu-
cum eſt, quicquid enim in gerenda illa di-
tate lucri reportant, id totum reſultat ex
lctis pecuniariis, quæ reis quibuſdam in-
untur. Ac id prudenter inprimis Majores
tri inſtituiſſe videntur. Ubi enim ex con-
ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

veniente & accurata cura ſatis lucri referri poteſt, curæ iſti impoſito nullum ſtipendium debet decerni; hoc enim decreto languidior ac remiſſior in cura & adminiſtratione muneris ſui eſt fututus.

4. Senatus Urbanus ampliſſimus ille eſt, qui vulgo *den Breeden Raedt* vel *de Vroetſchap* appellatur; conſtat pleriſque.in oppidis numero, ut Leidæ, 40. in nonnullis 30. aut 36. pro numero Optimatum & ditiſſimorum civium. Tales enim ſolos ad eum admitti volunt antiquæ Leges: unde apparet & ſingularum Urbium & Ordinum totius ditionis, qui conſtant, ſicuti præcedenti capite diximus, ex equeſtri Ordine & Urbanorum Magiſtratuum legatis, planè Ariſtocraticam eſſe adminiſtrandi Imperii rationem.

5. Hic Senatus convocari non ſolet, niſi ubi deligendi ac creandi novi Conſules novique Scabini ſunt. Ad iſta horum conventus quoque indicitur, quoties Comitia Ordinum convocantur, quò expendant capita rerum de quibus in iis Comitiis erit deliberandum. Nam quicquid majori hujus Senatus parti viſum fuerit, pro ſententia totius illius civitatis in ipſis comitiis exponitur atque habetur.

6. Iidem Senatores quaſi publici Cenſores ſunt Conſulum ac Scabinorum, ſi muneris ſui adminiſtrationem, atque adeo in ipſis Ordinum Comitiis limites datorum mandatorum exceſſerint. Et quò majori libertate

pron

promptiori hi Senatores ea in re uterentur, jam olim prudentiſſimè cautum eſt, ut perpetua eſſet horum dignitas, neque poſſent removeri loco, niſi ob crimen læſæ Majeſtatis, aut delictum quod infamat. Libertatis enim cuſtodes & ejus cauſâ cæterorum Cenſores ſic tueri neceſſum fuit adverſus odium & invidiam eorum, quorum mores actioneſque ut adverſas libertati ac Reipublicæ perſtringendas ſuſcipiunt. Adeo ut in hoc Senatu ſit & fulcrum libertatis, & norma ad quam cæterorum conſilia & facta exiguntur.

7. Ex his Senatoribus deliguntur Conſules & Scabini pluribus ipſorum Senatorum ſuffragiis.

8. Conſules alibi 4. alibi numero tantum duo ſunt. Ad horum curam pertinet ea omnia decernere, quæ politiam civitatum concernunt, controverſias civium primo omnium excipere, iis componendis arbitros ſe interponere, aut ad eam rem è civium multitudine deligere, & ſi per arbitros ad pacem profectum nihil ſit, tum demum ad Scabinorum tribunalia litigantes partes amandare. Quod ea de cauſa inſtitutum eſt, ut quantum fieri poſſet, Conſulari hoc arbitrio inter diſſentientes interpoſito, forenſes lites, longi earum tractus, & plurimæ in eas faciendæ impenſæ, prævenirentur. Hujus rei cauſâ iidem Conſules quotidie hora una alterave in eam rem ſtata, in conſulare conclave

admittunt cives omnes, quotquot volunt, cujuſque ordinis ſint ac conditionis.

9. Scabini numero alibi ſeptem, alibi novem ſunt. Sunt autem hi non alii quam Judices civitatis, qui in foro ac tribunali ſuo ſtatis diebus terve quaterve hebdomadatim cognoſcunt civiles cauſas à litigantibus civibus, & criminales ab accuſante Prætore oblatas: omnis enim cauſæ, niſi vel per ſe, vel per Perſonam privilegiata ſpecialiter ſit huic conſtitutioni exempta, cognitio prima competit Judici loci, in quo domicilium habet is, qui convenitur: neque hoc in oppidis tantum, ſed & in pagis agriſque obtinet, judicaturque per arreſta in oppidis ad ſummam quinquaginta florenorum, in agris & pagis ad viginti. Sententiæ definitivæ in civitatibus majoribus qnales, ſunt *Dordrechtum*, *Harlemum*, *Leyda*, *Amſtelodamum*, *Gouda & Rotterodamum*, executionem ſuam ſub cautione ſortiuntur, niſi ſummam tercentum, in minoribus centum & quinquaginta, & agris ſexaginta, & in pagis quadraginta florenorum exceſſerint; ſi quis gravatum ſe ejuſmodi ſententiâ putat, liberum ei eſt appellare; primùm ad conſeſſum Judicum inferiorem, quem *Curiam Hollandiæ* vocant; inde ad conſeſſum ſuperiorem, quem *Supremum Senatum dicunt*; & ſi nec ibi ſibi ſatisfactum putet, ad reviſionem ejuſdem Senatus duplicato Judicum numero; addita tamen temerè litigantium pœna ad mulctam

qua

quadraginta florenorum, in Curia Hollandiæ: ſeptuaginta & quinque, in ſupremo Senatu; ducentorum in reviſione, ſi nullum fuiſſe in ſententia commiſſum errorem reperitur. Et hæc quidem quæ ad cauſas Civiles.

10. In criminalibus abſolutè & per arreſtum, tam in oppidis quam in pagis & agris judicatur, niſi quatenus in civitatibus prætores aliique parem juriſdictionem ſub alio titulo in pagis & agris exercentes nomine Principis (id eſt ſupremæ poteſtatis totius ditionis, cujus vicem gerunt) interveniunt, & petitioni ſuæ nimis detractum putantes graviores reo pœnas imponi per appellationem poſtulant, & eo quidem caſu permittitur etiam reo ad ſui defenſionem, per modum quem *à minimâ* dicunt, procedere; per ſe verò appellandi jus nullum habet. Talis eſt adminiſtratio in Hollandia juris, quod ibi receptum eſt, partim in ipſa ditione natum, partim aliunde invectum. Natum in ipſa ditione jus dicimus, quod ipſi Principes, vel ſupremi magiſtratus per conſtitutiones, privilegia, decreta & ſimilia conſtituerunt: obſervaturque in omnibus cauſis, ad quas ſe extendit. Aliunde invectum nihil aliud eſt quam illud quod Romanorum civile appellamus, ad cujus uberrimum fontem recurritur, quoties in noſtro (quod hic natum diximus) leges deciſoriæ in quæſtione aliquâ deficiunt.

11. Porro ne in civitatibus, ſingulis mino-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ribus cauſis ac litibus ad Scabinos delatis, majorum cognitio differatur aut impediatur, deligi ſolent è corpore meliorum ditiorumque civium nonnulli, qui *Commiſſariſſen op de cleyne ſaeken* vulgo appellantur, quaſi dicas, judices datos ad cauſas minores cognoſcendas. Horum cognitioni ſubjiciuntur cauſę omnes, quæ non excedunt pretium florenorum ſexaginta. Præterea actiones, quæ injuriarum nomine inter cives, quæ inter heros heraſque, famulos famulaſque, & hujus generis aliæ inſtituuntur. Præeſt hiſce judicibus ſemper aliquis Scabinorum, deligiturque inter alios ex civibus ad hanc curam ſemper aliquis Romani Juris peritus. Si quis tamen in hoc judicio læſum ſe arbitretur, ad ipſum Scabinorum tribunal provocandi habet poteſtatem.

12. Denique Senatui Urbano & Collegio Conſulum ac Scabinorum plerumque additus eſt Aſſeſſor, quem Syndicum vel Penſionarium vocant vulgo, in quo & facundia, & Romani Juris peritia in primis deſideratur utpote Os, & in arduis ac difficilioribus negotiis oblatis veluti commune quoddam Oraculum civitatis.

CAP

CAPUT XXIV.

De tributis ac vectigalibus: quotuplicia illa ſunt. Denique de eorum colligendorum per univerſam Hollandiam ratione.

CUm, ut breviter alibi Tacitus loquitur, non ſit quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis, idque in Fœderatorum Belgarum Republica cum primis habeat locum, ac ditiones ſingulæ annuum Canonem, quemadmodum in præcedentibus dictum eſt, ad tuendam communem cauſam præſtare teneantur: quomodo igitur tributis per Hollandiam opes illæ colligantur, nobis tandem propius inſpiciendum eſt.

2. Tributa in uſu hic ſunt duorum generum; quorum alia ordinaria, alia extraordinaria ſolent appellari.

3. Ordinaria dicuntur, quæ ſemel impetrata ſemper exiguntur. Extraordinaria autem quæ pro diverſa ratione, vel ſuperata, vel imminente Reipublicæ neceſſitate ſubinde exiguntur, ſubinde non item.

4. Extraordinaria illa tributa triplicia ferè invenio. Primum illud quod ſingulorum capitum: Secundum, quod ſingulorum ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

minorum: Tertium, quod omnium opum ac poſſeſſionum in univerſum pariter æſtimatarum nomine exigitur. Iſtud *Hooft geldt*, alterum *Schoorſteen geldt*, tertium *de twee honderſte penningh* appellatur.

5. Cenſio capitum ita peragitur, ut uniuscujuſque capitis nomine Florenus unus in Rempublicam conferatur: quam rem ærario inprimis augendo facere, & ex infinita quadam hominum frequentia hanc ditionem incolentium cuivis eſſe poteſt apertum. Ab eo tamen onere immunes ſunt homines pauperrimæ conditionis. Pro talibus autem habentur illi, quibus pudori non eſt extremam paupertatem ſuam apud cenſores profiteri. Semel modo, quod ſciam, cenſus iſte actus eſt, multas civium inter querelas, quibuſdam etiam imperata præſtare detrectantibus, quam ego ob cauſam ejus poſtea intermiſſionem factam crediderim.

6. Id quod caminorum nomine exigitur, nihil aliud eſt, quam tributum, quod Domini ædium, ſive ruſticorum ſive urbanorum prædiorum perſolvunt ſingulorum caminorum nomine, qui extra rectum eminent. Florenus autem unus ſive aſſes 20. uniuſcujusque camini nomine penduntur: In qua agendi ratione Hiſpani in Regno Neapolitano Batavis præivere; nam is mos ibi quoque obſervatur.

7. Quod tertium ſpectat, quo omnium opum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

opum nomine ſingulis tributum indicitur, haud adeo incommodè illud Ducenteſima appellari poſſet. Nam ducentorum ex. gr. florenorum, quos quis poſſidet nomine, florenus unus in ærarium publicum conferendus eſt: quadringentorum florenorum nomine duo, atque ita porro. Atqui dicat hic aliquis, difficulter admodum aut vix in unius cujuſque privati opes à Magiſtratibus cognoſci poſſe aut æſtimari. Neque enim facile quis fortunarum ſuarum vel magnitudinem vel tenuitatem ſolet explicare: Unde colligi poteſt ſæpe fieri, ut in hujus tributi exactione haud ſatis ęqui ſint Magiſtratus, dum aliter fieri non poteſt, quin quidam pauperiores, quidam ditiores quam ſunt, Magiſtratuum judicio æſtimentut. At huic difficultati prudenti temperamento ac moderamine obviam itur. Moris quippe eſt ut in Ducenteſima imponenda, Conſules reliquique Magiſtratus Urbani, pro publica de uniuscujuſque opibus ac fortunis fama ab aliis plus, ab aliis minus exigant, prout alii ditiores, alii tenuiores æſtimantur. Quo fit ut nemo opes ſuas deferre ad Magiſtratum cogatur, cum ipſorum Magiſtratuum judicio ex publica fama & celebritate æſtimentur. At iſta cum plerumque erret, & hic errare etiam poſſit fama, unicuique privato per leges conceſſum eſt, inſtituere nimii oneris ſive impoſiti querelam apud Magiſtratum, ſi agnoſcat opes ſuas majores, quam ſunt, æſtimatas.

Si quis enim ſolenni juramento affirmare tum velit, non tanta ſe in bonis habere, quanta à Magiſtratibus ſunt æſtimata, impoſitæ Ducenteſimæ, quantum æquum juſtumque eſt, detrahitur, quâ in agendi ratione id obſervari dignum eſt, quòd cum homines plerique ſint ambitioſi, nihilque æque affectent, quam opulentorum hominum famam atque exiſtimationem, multi à quibus nimia exegerunt Magiſtratus, malint nimia illa præſtare, quam fortunarum ſuarum tenuitatem apud Magiſtratum profiteri.

Adeo ut ambitio ſubditorum hic proſit Reipublicæ, & tributum reportetur earum quoque opum nomine, quæ non poſſidentur.

8. Ordinaria tributa multiplicia ſunt, quorum præcipua nunc proſequemur.

9. Primò autem offert ſeſe, id quod ſalis nomine exigitur, quod *Sout-geldt* vulgo appellatur. Ejus indicendi hæc eſt ratio; Magiſtratus Urbanus ſingulas familias earumque capita luſtrare ſolet, prout autem vel minor vel numeroſior eſt uniuſcujuſque familia, major minorve ſalis menſura quotannis conſumenda indicitur, aut potius præſumitur, ejusve nomine major minorve pecuniæ ſumma præſtanda imperatur.

In nonnullis civitatibus ſingulis majoribus minoribuſve ſalis menſuris certum præſtitutum pretium eſt, quod tributi nomine ab emptoribus perſolvitur.

10. Ve-

10. Vectigal cereviſiæ, quod promiſcuè omnes cives ſolvere tenentur, eſt aſſium viginti in vaſa ſingula. Vaſorum autem nomine, quibus inditur cereviſia tenuiſſima, conſtans tantum pretio aſſium triginta, nihil perſolvitur; quod in pauperum gratiam eſt inſtitutum.

11. Vectigal cereviſiæ, quod ſoli cereviſiæ coctores ſolvere tenentur, eſt aſſiũ duodecim in ſingula vaſa. Tantum quoque ſolvere tenentur nautæ ſive mercatores, quotquot navibus aliunde huc deferunt cereviſiam in Anglia, Germania & alibi coctam.

12. Vectigal cereviſiæ, quod præter jam dictum caupones & tabernarii ſolvere tenentur, eſt viginti ſeptem aſſium in vaſa ſingula.

13. Vectigal aceti conſtat florenis quatuor & aſſibus ſexdecim in ſingula majora dolia, quæ vulgo *Amen* vocant.

14. Vectigal vini Gallici conſtat aſſibus ſex in ſingulas amphoras ſive ſtopas, ut vocant; Rhenani vero, Hiſpanici, & id genus aliorum vinorum vectigal conſtat aſſibus duodecim in ſingulas ſtopas. Vectigal vinorum aduſtorum conſtat aſſibus decem in ſingulas majores amphoras quas vulgo *Stoopen* vocant, ſi ex vino: aſſibus autem quinque, ſi ex cereviſia id ſit confectum.

15. Vectigal butyri conſtat florenis quatuor in ſingula majora dolia, quæ libras bu-

tyri continent trecentas & viginti. Singularum autem particularum butyri nomine, quas vulgo *Kipſtucken* vocant, ſolvenda eſt quarta pars aſſis ſive ortha, *een oortjen*, ut vulgo loquuntur.

16. Vectigal olei conſtat florenis quatuor iu ſingula majora dolia, quæ pipas vocant; ſingulorum doliorum nomine olei, quod ex pinguedine marinarum belluarum excoquitur, ſolvendi ſunt floreni tres.

17. Vectigal candelarum tam ex cera quam adipe confectarum, conſtat florenis duobus & aſſibus decem in centum libras ejuſmodi adipis aut ceræ.

18. Vectigal rotundæ menſuræ, vulgo *den Impoſt van de ronde maten*, eſt quod penditur omnium earum mercium nomine, quæ rotundæ formæ menſuris ſolent menſurari, ut ſunt frumenta, ſemina, ſal, calx & alia ejuſmodi; pro vehe (vulgo *laſten*) tritici aſſes viginti duo, ſiliginis aſſes viginti quinque, rotundi minoriſque ſeminis aſſes triginta ſex. Pro centum libris ſalis aſſes triginta ſeptem, & ſic porro. In eam rem jurati menſores in civitatibus ſingulis ſunt conſtituti. Solvitur autem hoc vectigal ab iis mercatoribus, qui magnam copiam ejuſmodi mercium, majoreſque menſuras emunt.

19. Vectigal ceſpitum & carbonum conſtat aſſe uno & dimidiato ſingula ceſpitum vaſa, & florenis octodecim in centum tonnas ma-

majorum carbonum, qui ex Anglia aut Scotia advehuntur. Immunes tamen ſunt carbones à vectigalibus, qui in pharis comburuntur.

20. Vectigal mercium durioris rudiorisque materię, vulgo *de Impoſten van grove Waren*, conſtat aſſibus quinque in centum libras plumbi, aſſe uno & dimidiato in mille coctos lapides, aut in fornacibus induratos, & ſic porro.

21. Vectigal ligni, vulgo *den Impoſt van Brandt-houdt*, conſtat nummo octavo ejus pretii, quo ejuſmodi lignum venditum eſt, adeo ut ſi hic ſtrues ligni vendita ſit pretio florenorum octo, unus vectigalis nomine ſolvendus ſit.

22. Vectigal pannorum, quibus aurum intextum eſt, adeoque omnis ſerici, conſtat nummo duodecimo in ſingulas ulnas, adeo ut ſi ulna ſerici vendita ſit pretio florenorum duodecim, unus Reipublicæ cedat.

23. Vectigal pannorum laneorum conſtat florenis ſex Flandricis in partes majores ſingulas panni Anglici colore nondum infecti, ſi pars quæque major ſit pretii ſexdecim librarum Flandricarum (libra autem Flandrica conſtat ſex florenis) pro panni parte libris Flandricis viginti quatuor æſtimata, ſolvuntur floreni ſexdecim: pro ſingulis pannis tenuiorum pannorum aſſem unum ſolvere oportet. Pro tapetibus quibuſvis & deaurato corio aliiſque ſimilibus mercibus, ſolvendus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

eſt nummus pretii, quo æſtimatur, hoc eſt, novem florenorum nomine, unus.

Æſtimatio omnis hujus pretii quæritur ex mercatore, qui ne vectigalis hujus redemtionem fallat, vero pretio diſſimulato diminutoque, prudenter inſtitutum eſt, ut ſoluta una libra Flandrica, præter indicatum à mercatore pretium, redemptor hujus vectigalis ita, ſi ei videatur, merces illas ſibi poſſit, ut venditas, retinere.

24. Vectigal Frumenti, quod in Hollandia molendinorum ope frangitur, omneſq; incolæ ſine diſcrimine ſolvere tenentur, conſtat ſexaginta tribus florenis & duodecim aſſibus pro laſta tritici: triginta & uno florenis & ſexdecim aſſibus pro laſta ſiliginis: viginti & uno florenis & quatuor aſſibus pro laſta hordei, avenæ decorticatę, & fabarum, quę in furno coquuntur: undecim florenis & quindecim aſſibus pro laſta fagopyri.

25. Vectigal Beſtiarum, quod omnes incolæ ſine diſcrimine ſolvere tenentur; videlicet boum, vaccarum, vitulorum, ovium, agnorum & porcorum, qui mactationi deſtinantur, conſtat ſeptimo nummo pretii quo venduntur: ſic pro beſtia quæ 70. florenis venditur, decem floreni pro vectigali ſolvuntur.

26. Vectigal Beſtiarum cornigerarum, eſt trium aſſium ſingulis menſibus in ſingulas beſtias trium annorum & ultra.

27. Ve-

27. Vectigal Equorum, quod Proprietarius ſolvere tenetur, conſtat duobus aſſibus ſingulis menſibus in ſingulos equos trium annorum & ultra.

28. Vectigal Halecum & Piſcium ſalſorum, qui civium vel divenditorum domibus apportantur, eſt viginti aſſium in ſingula vaſa.

29. Pro vectigali Accipenſerum & Salmonum ſolvitur nona pars pretii quo à divenditoribus emuntur.

30. Vectigal Tobaci, quod ſolvere tenetur is qui primùm id intulerit, conſtat decem aſſibus in ſingulas libras.

31. Vectigal Saponis, qui in his Provinciis conſumitur, conſtat ſeptem florenis in ſingula vaſa.

32. Vectigal autem picis & picis liquefactæ in ſingula vaſa picis ſexdecim, picis liquefactæ decem aſſibus conſtat.

33. Vectigal vehiculorum & navium conſtat aſſibus viginti quotannis ſolvendis in vehicula & navigia ſingula minora; majorum navium nomine plus perſolvitur, prout plurium vel minorum vehium, ſive laſtarum ſunt. Carrucarum nomine, vulgo *Caroſſen*, quibus vehuntur Magnates, pendendi ſunt quotannis floreni ſex.

34. Vectigal cujuſque generis agrorum conſtat ferè nummo ſexto pretii, quo agri aliis elocantur. Si quis agros non conduxerit, ſed ſuos colat poſſideatque, eorum æſtimatio à Magiſtratu initur.

35. Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

35. Vectigal conſitorum agrorum, *den Impoſt van Zaey-Landen*, menſuræ terræ nomine, quæ vulgo *Morgen* appellantur, quocunque tandem ſemine, quibuſcunque plantis arboribuſque conſitæ, ſingulis menſibus ſolvendi ſunt aſſes quatuor cum dimidio: numerantur autem menſes à tempore injecti ſeminis uſque ad tempus demeſſi.

36. Vectigal ædium, *den Impoſt van de Huyſen*, conſtat ferè octavo nummo illius pretii; quo in annos ſingulos aliis ædes elocantur. Sed cum elocationis pretium non unum idemque ſemper ſit; æſtimatio ſingularum ædium à Magiſtratibus initur, ac Dominis ſive proprietariis plus minuſve ſolvendum imperatur, prout ædes majus minuſve ſpatium complectuntur.

37. Vectigal famulorum famularumque conſtat floreno uno annuo, quem heri aut heræ ſingulorum famulorum famularumque nomine perſolvunt.

38. Vectigal, quod perſolvitur omnium immobilium bonorum, quorum nomine etiam majores naves comprehenduntur, conſtat nummo quadrageſimo illius pretii, quo unaquæque res immobilis vendita eſt, nempe ſingulorum quadraginta florenorum nomine, penditur Reipublicæ florenus unus. Quæ res quantum ad ærarium augendum conferat, vel ex eo colligi poteſt, quod non alibi quam hic frequentiores ſint immobilium bonorum ven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

venditiones. Certè de hac civitate Leidenſi natum proverbium eſt, ſingulis trienniis vendi ferè & alienari dimidiatam partem civitatis.

39. Vectigal magni & parvi ſigilli conſtat aſſibus duobus, quod ſingulorum papỳraceorum foliorum, quibus Hollandiæ Ordinum minus ſigillum impreſſum eſt, nomine perſolvitur; aſſibus autem quatuor ſi impreſſum ſit ſigillum eorundem majus. Quod ut propius ntelligatur, ſciendum eſt, Ordines Hollandiæ ıon alia de cauſa, quam ſolius hujus tributi ıomine recipiendi publico decreto ſanxiſſe, ıe quæ teſtamenta, neque contractus, neque ılia inſtrumenta, quæ in publicis judiciis eſſent valitura, neque libelli ſupplices, ac denique ut à privatis nihil eorum, quæ in publicis onventibus, judiciis, tribunalibuſque ærariis dmitterentur, niſi in ejuſmodi foliis papyraeis ſigillo Ordinum inſignitis eſſent conſcripta. Placuit autem ſigillum diverſum, aliud najus, aliud minus, pro diverſo momento najori aut minori illarum rerum, quæ ſic veiunt deſcribendæ.

40. Reſtant adhuc plurimæ atque aliæ vetigalium aut tributorum ſpecies, quarum mnium rationem ac modum exponere, niıis nunc prolixum foret, neque neceſſum t, cum publica authoritate Ordinum Hol-ndiæ typis deſcriptæ extent.

41. Itaque tandem colligendorum ejuſmodi

modi vectigalium diverſam rationem videamus, quod quo accuratius à nobis præſtari poſſit, diverſæ ſententiæ ac deliberationes publicæ, earumque rationes ante omnia obſervandæ ſunt.

42. Cum in Comitiis Ordinum hac de re quæreretur, quidam exiſtimavêre, nomine publico quoſdam è Magiſtratibus Urbanis, aut ſtipendiis conductos, alios in ſingulis civitatibus eſſe atque creari oportere, quibus colligendorum pro Republica vectigalium cura incumberet, exiſtimantes elocationem vectigalium, eorumque pro certa pecuniæ ſumma factam à privatis redemptionem Reipublicæ etiam intutam & noxiam fore. Cujus ſui conſilii has afferebant rationes. 1. Quod in publicis perſonis, quam privatis plus eſſet auctoritatis; eam autem maximè requiri in re odioſa; rem autem odioſam eſſe vectigalium exactionem. 2. Quod incertus ſit quorundam vectigalium annuus proventus, ut eorum, quæ vini & cereviſiæ, aliarumque ejuſmodi rerum nomine perſolvuntur: Nam ex. gr. in eadem civitate ſubinde centena, ſubinde centum & quinquaginta vini dolia quotannis inter cives conſumi; non igitur certâ pecuniæ ſummâ vini nomine ſolvendum vectigal privato alicui elocari poſſe afferebant: aut enim majore aut minore ſumma redemptores vectigalium vectigalia redempturos; ſi majore quam ipſi accepturi eſſent, id futurum conjunctum

cum

cum damno redemptorum ; Sin autem minore,quam accepturi eſſent , id futurum cum damno Reipubl. 3. Addebant illi ſingulis annis increſcere frequentiam civium , illa increſcente augeri vectigalium proventus. Si igitur in annos plures elocentur privatis quibuſdam,vectigalia indies augenda,pro certa & eadem pecuniæ ſumma annuatim pendenda, futurum quoq; ut damnum præſentiſſimum Reſpublica ſentiret. 4. Denique & poſtremò adferebant illi in medium , periculoſum eſſe, proventus publicos credere fidei ſubditorum. Quid ſi enim redemptores eorum nomine plurima promiſerint, & nihil præſtent ? Quid ſi ea convertant in privatas neceſſitates? Quid ſi denique annuæ penſioni , in quam conventum eſt,ſolvendę impares deprehenderentur? In manu igitur & poteſtate Reipublicæ ea eſſe ac manere oportere,ſine quibus Reſpublica conſiſtere non poteſt.

43. Contra vero ab aliis diſſerebatur , exiſtimantibus , privatis vectigalia quædam elocari pro certâ annuâ ſummâ pendenda oportere. Obſervabant quippe illi duorum generum,ſive duplicis conditionis eſſe vectigalia, quædam certis rebus imponi , & proinde eorum certam iniri poſſe rationem.Ex.gr. vectigalia aut tributa eſſe quæ ſingulis ædibus,ſingulis agrorum latifundiis imponuntur, quàm eorum certus numerus & certa ſpatia cognoſci poſſunt , & iniri, tam certum eſſe horum

vecti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

vectigalium proventum. Alia eſſe, quæ rebus incertis, & quæ eodem modo ſe non habent ac judicantur, imponuntur; incertam igitur eſſe earum rationem; qualia vectigalia ſunt, quæ ex vino & cerevifia, quæ uſu nunc majora, nunc minora conſumuntur, ſolent indici: quàm horum incertus numerus, tam incertum eſſe eorum vectigalium proventum. Statuebant igitur illi, priora iſta ut certa nomine publico, ab ejus rei publico curatore colligi poſſe: poſteriora autem illa ut incerta, privatis pro certa pecuniæ ſumma elocari oportere. Habebant illi conſilii ſui has rationes. 1. Quod in his vectigalibus multis fraudibus inter ſubditos ſit locus, quibus eludant illorum præſtationem: In eas fraudes diligentius inquiſituros privatos redemptores, ut tantò plus lucri reportari poſſit, quantò diligentius fraudes omnes obſervarint atque averterint; plerumq; enim ita fieri, ut anxiè magis res privata quam publica adminiſtraretur. 2. Satis illis privatis futurum auctoritatis: nam contractu cum iis inito, exigendi vectigalia idoneam auctoritatem & velut publicam perſonam in eos transferre magiſtratus. 3. Addebant, quia incertus ſit horum vectigalium annuus proventus, pro certa penſione annua privatis ea neceſſario elocari oportere: Præſtare enim certi quid pro Republica decernere & ſtipulari, quam reditus ejus eſſe incertos; ſic enim calculum in Imperio poſſe poni, ſi plus

quam

quam acceperint, ſoluturos ſe promiſerint
redemptores, ex contractu enim teneri ad pro-
miſſam ſolvendam annuam penſionem. Si
autem plus acceperint, quam Reipubl. de-
beant ex contractu, commodum etiam penes
Rempublicam eſſe: nam anno proximo ubi
iterum publica velut auctione ea vectigalia
privatis elocanda venerint, aut prioris anni
Redemptorem accepto commodo illectum,
aut alios ſimilis lucri ſpe invitatos majorem
ſummam, pro redemptione eorundem vecti-
galium Reipublicæ oblatutos. 4. Iidem teſta-
bantur, non velle ſe in plures annos, quam u-
num, vectigalia privato alicui elocari, ut quo-
annis meliore facta civium conditione, quo-
annis etiam eorum nomine plus Reipublicæ
inferatur, ac præſtetur à redemptoribus. 5. De-
nique affirmabant, fruſtra prætendi, periculo-
ſum eſſe res & opes publicas credere privatis:
nam illa mala illumque metum idoneis fide-
juſſoribus à redemptoribus Reipublicæ obla-
tis, poſſe præveniri; poſſe etiam conſtitui, ut
certo modo annuæ penſionis partem ejus ſingu-
lis menſibus in ærarium publicum inferre
redemptor teneatur.

44. Poſtrema illa ſententia ab omnibus
tandem recepta eſt, iſque modus agendi ho-
dieque obſervatur.

45. Vectigalia igitur quædam colligun-
tur, quædam elocantur. Colliguntur à perſo-
nis publicis in ſingulis Urbibus inſtitutis, ea,
quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

quorum certa, ut diximus, poteſt ratio iniri: elocantur autem illa, quę diverſi ingenii ſunt.

46. Elocandi autem ratio ſic peragitur. Quotannis in ſingulis civitatibus & territoriis Ordines programmate, typis deſcripto publiciſque locis affixo, tempeſtivè indicant ſe ſtato die & loco hæc aut iſta vectigalia privatis maximam pro iis ſummam pecuniæ oblaturis elocaturos, iis legibus ac conditionibus quæ formulis edictorum, de iis vectigalibus publicatorum continentur. Ubi ſtatus dies ille illuxit, Ordinum legati per præconem publicum dictorum vectigalium redemptionem velut haſtæ ſubjiciunt & vendunt, ut in publica auctione. Is qui conductor eſt aut redemptor, Telonarius, vulgo *Pachter* appellatur, cogiturque idoneis fidejuſſoribus illo ipſo momento cavere, ne quid Reſpublica capiat detrimenti. Si enim redemptor aut conductor deficiat in præſtanda penſione annua, quam obtulit, fidejuſſorum ipſorum bona ac fortunæ diſtrahuntur, quo ex iis Reſpublica ea, quæ debentur, ſibi poſſit reportare. Si enim redemptor aut conductor deficiat in præſtanda annua penſione, fidejuſſores locum ejus ſubire tenentur.

47. Ad præveniendas civium fraudes duo in primis utiliter ſunt recepta. Nam & bajuli omnes civitatum, qui vehunt ac portant merces, quarum nomine vectigalia ſunt inſtituta, ſolenni juramento quotannis ſe obſtringunt

in privatorum ædes nullas earum mercium illaturos ſeſe, niſi exhibitâ ſibi & acceptâ ſchedulâ, quâ teſtatur redemptor vectigalium, ſibi eſſe ſatisfactum.

41. Secundum eſt, quod immanes pecuniarum mulctæ eos omnes maneant, qui vel in re modica tantùm redemptorem fefelliſſe deprehenduntur. Delicta enim quæ facilè poſſunt perpetrari, ac ex quibus multum utilitatis referri poteſt, qui ea impune committunt, non niſi ſumma pœnarum ſeveritate excepta, prohiberi poſſunt aut præveniri.

CAPUT XXV.

De Collegiis Societatum Utriuſque Indiæ, quibus in Orientem & Occidentem navigatur.

DE Collegiis utriuſque hujus Societatis opportunus ſeſe offert dicendi locus, partim quia inter hujus Imperii præcipua ſunt munimenta, ut quibus immenſæ opes in hanc Rempublicam derivantur; partim quia iſtæ Societates non unius hic ditionis propriæ, ſed omnibus fœderatis ditionibus ſunt communes.

2. Collegia illa haud aliud ſunt, quam quorundam privatorum Societates, auſpiciis publicis inſtitutæ ac confirmatæ, quibus fit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ut ſolis illis privatis, aliis omnibus excluſis integrum ſit ſuis ſumtibus militem condu cere, naves adornare, denique idoneas claſſe inſtituere, ad communem hoſtem Hiſpanun opibus Utriuſque Indiæ tot per annos incu bantem poſſeſſionibus ſuis jure belli extur bandum, ac ex gentium inſuper jure cum In dorum nationibus ab Hiſpanis nondum ſub jugatis, fœdera ineunda & commercia quæli bet exercenda.

3. Occaſionem huic inſtituto duo inpri mis fecere: 1. Decretum ab Hiſpaniæ Reg promulgatum, quo commercia & navigatio nes Fœderatorum in Hiſpaniam omnino ve tabantur, ex qua ſola Fœderatis Indicas & Ex oticas illas merces petere tum licebat. 2. In gens & enorme pretium, quod earundem mercium nomine Hiſpanici mercatores tun temporis exigebant, utpote Regi ſuo earun nomine graviſſima portoria pendere coacti adeo, ut in unica prope Hiſpania monopoliun eſſet opium univerſi ditioris orbis, quibus or bem reliquum jugo ſubjiceret ſuæ domina tionis.

4. Accedebat & cauſa, quæ tunc incidit privata, memoratu inprimis digna; Nam ec dem tempore Batavus quidam nomine *Cor nelius Houtemannus*, qui per annos plurime Hiſpanis & Luſitanis mercatoribus in Indian navigantibus miniſterium ſuum ac fider probaverat, à Luſitanis, certè Turcis, tander

captu

captus,è carcere liberari haud potuit, niſi im-
menſi pretii lytro perſoluto,ad quod cum non
ſufficerent privatæ ejus opes, ſubſidium Am-
ſtelodamenſium aliquot mercatorum & pe-
iit & impetravit; eâ lege,ut in patriam rever-
us arcana omnia, leges & commoda Hiſpa-
icæ navigationis in Indiam aperiret ac reve-
aret. Unde tum cognitum eſt mercaturam
n India exercentibus certum lucrum nomi-
ie expenſorum quinque ſexve florenorum
entum prope florenorum eſſe.

5. Unum conſiliis Batavorum tum adhuc
bſtare videbatur, nimirum Sereniſſima Ve-
ietorum Reſpublica,quæ commerciis in Per-
ia exercitis hactenus Indicas etiam merces ab
ndis in Perſiam delatas terreſtri itinere per
eſerta Orientis Conſtantinopolim, ac dein
omum referebat, quæ etiam cauſa eſt illius,
uæ hodieque in ea Republica eſt, opulentiæ.
t vero vanos impoſterum futuros Veneto-
um conatus, Batavis ex eo colligere prom-
tum fuit, quod Batavi maritimo & minus
umptuoſo itinere negotia ſua poſſent expe-
ire, terreſtribus illis Venetorum itineribus
uſceptis cum multo majoribus expenſis con-
unctis.

6. Sed modus ac forma inſtitutæ curatæ-
ue hactenus utriuſque Societatis proprius
obis expendenda ſunt.

7. Non obſtantibus ergo impedimentis,
uæ à Venetorum Republica redundare ali-
quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

quomodo viderentur, negotium hoc arduum ſuſceptum eſt. Primi Curatores Societatis, quam propter commercia ad longinquas oras inſtituta, *de Compagnie van de Verde* vocabant, fuerunt; *Henricus Hudde, Regnerus Pauw, Petrus Haſſelaar, Ioannes Ioannis, Carolus de Oude Ioannes Poppey, Henricus Duyk, Theodorus ab Os Sivardus Petri Sem & Arnoldus ten Grootenhuyſe.* Hi conſiderantes periculoſum & dubium eſſe, iter aperire per glacialem mundi plagam ſub Arctico polo (nam de eo diu deliberatum eſt) quamquam id bis mille milliaribus brevius nec ullo hoſte infidum, nihilominus quatuor naves expediverunt, quæ ſolitam Hiſpanorum viam ſequentes ad Orientalem Indiam proras dirigerent. Ductu *Cornelii Houtmanni* claſſis ſoluta eſt anno nonageſimo quinto ſeculi decimi quarti. At poſt biennium & quatuor menſes reverſa minus lucrum, quam ſpes videbatur promittere, reportaverat. Nihilominus novæ adornantur naves ad reſumendum negotium.

8. Cum autem jam in opere eſſent dicti Curatores, certiores fiunt, Amſtelodamenſes quoſdam mercatores ad eundem ſcopum collimare, Erant hi *Vincentius à Bronchorſt, Simon Ioannis Fortuyn, Godefridus Theodori, Cornelius à Kampen, Iacobus Thomæ, Ædelhardus Simonis Ioncheyn & Ioannes Harmanni.* Ergo ut majoribus viribus commercium exercerent, conveniunt mutuò, naveſque conjungunt: quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

octo numero duce *Iacobo à Neck*, ſolutæ ſunt.

9. In Zeelandia idem urgebant *Balthazar Moucheron & Adrianus Henrici ten Haaſ*, naves ad Indiam Orientalem expedientes.

10. Rotterodami etiam nova Societas erecta eſt: quæ per Fretum Magellanicum & Mare Auſtrale viam aperire ſatagebat. Igitur Herculeo auſu *Iacobus Mahu* ad Moluccas quatuor navibus dictum iter ingreditur.

11. At priuſquam claſſis octo navium reverſa eſſet, ab iiſdem primæ Societatis Præfectis tres naves adornantur. Quæ auſpiciis *Stephani vander Hagen* duos menſes ante reditum illarum, octo navium ſolutæ ſunt. Harum autem quatuor ductu *Iacobi Willekens* continuo remittebantur.

12. Jam magis magiſque zelus Indicæ expeditionis accreſcebat. Lucri fulgor plurium oculos feriens plures identidem ad ſuſcipiendum negotium exſtimulabat. Conveniunt ergo aliquot mercatores, novamque conſtituunt Societatem; quæ quia maximè conſtabat ex Brabantis, *de Brabandſche Compagnie* dicta eſt. Anno nonageſimo nono ſeculi decimi quinti quatuor ab illa naves dimiſſæ, quibus totidem adjunxit vetus Societas.

13. Sub *Iacobo à Neck*, & poſt illum ducibus *Iacobo Heemskerkio*, *Ioanne Grevier*, *Wolhardo Garmanni* alię & item alię claſſes in Indiam curſum direxerunt.

14. Hiſpani progreſſui huic invidentes, ut-

 pote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

pote illis maximopere noxio, omnem lapidem movent, ad expeditiones has diſturbandas. Adornant itaque validam claſſem. Nec ita diu, quin tredecim Hiſpanorum naves octo Hollandicis obviæ factæ ſint. At quamvis hoſtis longe præpolleret viribus, cedere nihilominus ſummo cum dedecore eſt coactus. Hiſpanus cum jam opes imperii minores agnoſceret, quam ut conatus privatorum hominum unius urbis Amſtelodami impediret, confugit ad dolos. Per Luſitanos rem efficere tentat. Hi per totam Orientalem Indiam commercia exercebant, etiam ibidem tam in continente quam inſulis loca plurima inſidebant. Illa commoditate facilè Batavos in Indorum odium adducerent, traducendo eos infames piratas eſſe. Ordines verò Fœderati Belgii, rem penitius perſpicientes, ſua autoritate inſtruxere ad Indiam commeantes, invadendi nempe hoſtiliter Luſitanos, omneſque qui expeditiones has turbare tentarent.

15. Sed cum ſinguli illi mercatores conſilia illa non conjungerent aut communicarent, atque alii aliorum inſtituti ignari eoſdem Indiæ portus cum iiſdem mercibus peterent, aliique aliis ſic eſſent impedimento, pro lucro ſæpe non niſi damnum reportabant. Præterea cum in ipſa navigatione ac itinere vires naveſque non conjungerent, ſæpius Hiſpanis ac Luſitanis in prædam cedebant. Horum malorum avertendorum cauſâ inſtituerunt Ordines Fœderati Belgii Generalem quandam

dam Societatem, quæ ad certum annorum ſpatium ſola privilegio uteretur navigandi in Orientalem Indiam, ſecundùm certos limites certaſque leges præſcriptas.

16. Decretum illud Ordinum mox promulgatum eſt, invitatique ſimul ſunt omnes harum ditionum ſubditi ad certam pecuniæ ſummam, quantum quidem vellent ſinguli, conferendam, quâ hujus Societatis deſtinationes optatum ad effectum perducerentur. Sic factum eſt ut alii amore Reipublicæ capti, alii certiſſima ſpe lucri allecti, pro ſuis quivis opibus eam pecuniæ vim certatim contulerint, ex qua ſumma ſexaginta quatuor tonnarum auri conficeretur. Hæc enim prima *Capitalis*, ut vulgo loquuntur, ſumma hujus inſtitutæ Societatis fuit.

17. Omnibus iis, qui aliquam pecuniæ ſummam in hanc rem contulerant, datum eſt *Participantium* cognomen, quod nimirum participes eſſent rerum, quas hæc Societas feliciter aut infeliciter eſſet geſtura.

18. Iis verò qui contulerant eam pecuniæ ſummam, quæ excederet ſex, vel in Weſt Friſia tria Florenorum millia, datum nomen eſt, quo *Capita perticipantium*, vulgo *Hooft participanten*, dicebantur. Ex his ſolis, excluſis cæteris qui minus contulerant, & delecti tum ſunt, & hodie etiamnum deliguntur illi, qui curandis Societatis rebus cum maxima auctoritate impoſiti *Curatores Societatis*, vulgo *Bewindt hebbers*, appellantur.

19. Capita illa participantium nominandi Curatores illos habent poteſtatem: Electio autem alibi Ditionis Ordinibus, alibi Urbano Magiſtratui competit, prout diverſis hujus Societatis Collegiis in aliis atque aliis ditionibuis inſtitutis aliter atque aliter viſum fuit.

20. Iiſdem Capitibus Participantium Curatores Societatis quotannis adminiſtratæ rei & impenſarum acceptarumque opum rationem reddere tenentur.

21. Cætera Curatores pro arbitrio & prout conſultum eſt, expediunt, neque ea cura in iis niſi cum vita vel lapſu unius & viginti annorum finitur.

22. Curatores illi in ſingulis Ditionibus certo in loco ac navigationibus commodo conventus ſuos habent, qui *Cameræ* vulgo ſolent appellari.

23. Sunt autem in Cameris ſingulis, *Amſtelodami* 20. in *Zeelandia* 12. ad *Moſam* 14. ut & in *Weſt-Friſia* 14.

24. Præter hos ordinarios conventus in quavis ditione inſtituitur, urgente neceſſitate, Amſtelodami in Hollandia, aut Middelburgi in Zeelandia extraordinarius aliquis & ſupremus Conventus, ad quem ſingularum ditionum Cameræ ſuos mittunt Legatos. In eo de rebus arduis & extra ordinem oblatis, conſilia ineuntur & decreta ſanciuntur, quæ ſingulæ Cameræ per-

perſonæ probare ac ſequi neceſſe habent.

25. Extraordinarius ille Supremus Conventus conſtat *Collegio Septendecim virorum*, qui *de Vergaderinge van Seventhien* appellatur, certuſque cuivis Cameræ numerus præſcriptus eſt, eorum, quos ad hunc Conventum debeant deſtinare, aliis major, aliis minor, quemadmodum Amſtelodamenſis Camera octo, Middelburgenſis quatuor, reliquæ ditiones unius aut duorum Legatorum mittendorum habent poreſtatem, pro diverſitate nimirum pecuniariæ ſummæ, quam alia Camera majorem, alia minorem contulit ad res hujus Societatis conſtituendas. Et ſanè æquum eſt, ut cujus res potiſſimum agitur, quique plus quam cæteri credidit Societati, plus etiam quam alii habeat authoritatis.

26. Ita quidem inſtituta eſt forma regundæ domi hujus Societatis: inter cujus initas leges hæc præcipua fuit, ut Curatores collatâ pecuniæ ſummâ in adornandam claſſem idoneam, ac comparanda arma neceſſaria ad Luſitanorum Hiſpanorumque ex India exturbationem, coëmendaſque merces, quæ ad permutationem cum Indiæ quibuſdam populis inſtituendam, quam primum uterentur, & quotannis expenſarum ac illatarum opum accurata ratio redderetur, ut ex lucro quotannis facto ac reportato pars ſeponeretur ad res & commercia Societatis augenda & confirmanda; pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

autem in uſum participantium, quos vocant, pro rato & ſumma pecuniæ quam Societati quiſque ctedidiſſet, diſtribueretur; quæ diſtributio *Vytdelinge* vulgo appcllatur.

27. Ita ſuſceptum eſt tam illuſtre inſtitutum, cui ſub initium ſucceſſus ampliſſimi non defuerunt. Nam partim permutatione mercium, quas Batavi viliſſimas in Indiam deportabant, ut ſpecula, plumas, orbes aut globulos vitreos, denique pupas, aliaſque ejuſmodi quiſquilias Norimbergæ potiſſimum in Germania ex cupro, ligno, aut alia vili materia affabre factas, quibus incredibile dictu eſt, quantum Barbari illi delectentur, reportatiſque mercibus omnium pretioſiſſimis, ut ſerico, margaritis, nobilioribus aromatibus, & ſi quæ ejus generis alia ſunt, partim caſtellis aliquot Luſitanorum Hiſpanorumque ſecurè inprimis tum agentium, feliciter expugnatis. In quo poſtremò Regulorum quorundam in India auxiliares manus iis haud defuere, utpote quibus Hiſpanici nominis incomparabilis ambitio ac avaritia jam pridem erat vehementer infenſa & deteſtata.

28. His ſucceſſibus factum eſt, ut primo ſexennio ab inſtituta hac Societate exacto, ab anno nimirum 1602. uſque ad annum ejuſdem ſeculi octavum, Capitalis ſumma ſexaginta, ut ſupra diximus, & ſex tonnarum auri aucta ſit, præter factam in participantes reportati lucri diſtributionem, ad plus quam tre-

cen-

centarum tonnarum auri ſummam. Sed & pomœria ditionem ac limites Batavorum in India adeo mox ſunt prolata, ut non unum ſed plurima ampliſſima ditiſſimaque regna partim vi ſub ſuam redigerent poteſtatem, commerciorum in iis exercendorum cauſa: partim donis, fœderibuſque ſic ſua facerent, ut excluſis Hiſpanis Luſitaniſque ſibi ſolis referrent poteſtatem commerciorum in iis exercendorum.

29. Ergo de ordinanda illic componendaque Republica quadam Batavica tandem eſt cogitatum. Placuit ut caput & Regia illius Imperii eſſet civitas, cui *Bataviæ* factum eſt cognomentum, adeo munita muriſque lateritiis cincta, ut ſuperioribus annis magni Javanenſium Imperatoris, tunc hoſtis, nunc amici, inſultus ſuſtinere potuerit, quanquam ab eo plus quam ducenta millia hominum tracta dicantur in eam expeditionem.

30. Placuit ut in ea Regia ſedem haberet Supremus Gubernator totius Indiæ Batavicę. Hujus tanta ibi eſt authoritas, quanta in Fœderato Belgio Gubernatoris Supremi & Imperatoris. Utitur autem pompa longè majori quam Europæi ferè Reges, qui mos datur ingenio illarum barbararum gentium, quæ externa illa ſpecie potiſſimum capiuntur. Sub initium perpetua ferè hæc dignitas fuit: ſed, cum ea res plena magni periculi videretur, placuit, ut Hiſpanorum Luſitanorumque re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

cepto in utraque India more, non niſi triennalis eſſet impoſterum illa adminiſtratio.

31. Pręterea in eadem Regia inſtituti ſunt duo Supremi Senatus, in quorum altero res publicæ Societatis, quæ pacem, bella, fœdera ac commercia ſpectant, cum ſupremo Gubernatore pertractantur. In altero eſt ipſum juſtitiæ tribunal, in quo cauſæ privatorum ac lites & alia ejuſmodi expediuntur.

32. Ad iſta in ſingulis provinciis, ditionibus ac inſulis, quæ huic Societati parent, conſtitui ſunt duo Supremi quaſi magiſtratus, quorum alter præeſt militiæ paſſim diſpoſitæ; partim ad continendos in obſequio Barbaros, partim ad reprimendos vicinorum hoſtium inſultus; alter iis curandis gerendisque rebus præeſt, quæ ſpectant communem commerciorum rationem; planè ut veteres Romani pleraſque pronvincias per Legatum & Quæſtorem adminiſtrabant. Ne autem in exercenda mercatura hi, qui ei curandæ præſunt, frandulentur agant, ſuique potius commodi, quam publici habeant rationem, additi iis ſunt Cenſores quidam, qui haud attendunt modò ad ea quæ geruntur, ſed etiam eadem annotata ad Supremum Gubernatorem ac Senatum ſingulis trium menſium intercurrentium ſpatiis tranſmittunt, ex quibus omnibus iidem Senatores conficiendum curant unâ Scripturâ totum Societatis illius ſtatum, ex qua in Fœderatum Belgium tranſmiſſa, Cura-

tores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tores,qui domi agunt, continuo intelligunt, quomodo ſe habeat totum illud Imperii ſui Corpus,quidque in eo ſe bene habeat,quidque ſit vitioſum.

33. Sed & tum cogitatum eſt de propagando iis in locis Belgico aut Batavico ſanguine, quo illo ſenſim aucto, Belgarum incolentium numerus par aut ſuperior evaderet numero Barbarorum; Eo nempe conſilio,quo Romani in Provincias ad provinciales in obſequio continendas transferebant Colonias, quæ ex ſolis Romanis civibus conſtarent. In eam rem ampliſſimum aliquod Gynæceum pnblicum in Regia civitate erectum eſt, in quod tenuiores fortunæ virgines plurimę,in Belgio ad eam rem pretio conductæ,delatæ ſunt,quæ ſumptibus Societatis alebantur, facta militibus ſociiſque navalibus Belgis aut aliis mercaturam ibi exercentibus poteſtate eas ambiendi atque in matrimonium recipiendi, quas amarent; Verùm id conſilium optato eventu caruit. Nam experiundo cognitum eſt,prolem ex patre & matre Belgis in Orientali India natam, haud eſſe vitalem,vitamque brevi cum morte commutare:Contra autem, quæ ex patre Belga & matre Indica proles ibidem prognaſcitur, vivax eſſe deprehenditur.

34. Nihilominus,quod per naturam ibi non licet, frequentia hominum in Belgio ſuppletur, quorum infinita quædam vis in naviga-

tionibus iſtiſque in locis ab hac Societate occupatur.

35. Porro mercatura in Orientali India vel præſenti pecunia, vel permutatione exercetur.

36. Præſenti pecunia inter paucas quaſdam & callidiores gentes, ut Japponenſes, & quaſdam alias, quæ cum pecuniæ uſum, ante Hiſpanorum Luſitanorumque adventum ignonarent, ex horum avaritia pecuniam etiam æſtimare didicerant.

37. Permutationi tamen frequentior eſt locus, qua merces ex Belgio advectæ, cum mercibus Indicis permutantur, obſervato in eo antiquiſſimo hominum more, qui ante pecuniam inventam non niſi permutatione inter ſeſe utebantur. Merces autem ex Belgio advectæ adeo nullius pretii ſunt, quod & ſupra annotavimus, merceſque Indicæ adeo pretioſæ, ut pleriſque in locis merx noſtratium, quæ pretio florenorum ex. gr. quinque conſtat, redimatur merce Indica pretii centum pluriumque florenorum, certo argumento pretium rebus non naturam, ſed uniuscujuſque populi aliam atque aliam libidinem poſuiſſe.

38. Maximum tamen lucrum reportatur ex iis gentibus, quæ ex initi fœderis legibus monopolii poteſtatem Societati huic fecêre. Ita exempli gratia, piperis illic emendi ſoli ferè Batavi jus habent, ac proinde ei merci adeo per univerſum orbem neceſſariæ pre-

tium

tium conſtituere poſſunt quod volunt.

39. Merces illæ quotannis in Belgium advehuntur ſtato quodam tempore, quo ipſo etiam quantum fieri poteſt, naves aliæ ex Belgio in Indiam deſtinantur.

40. Merces in Belgium delatæ auctione publica ſtatim divenduntur, & pro majore aut minore pecuniæ vi ex venditis mercibus accepta, decretum fit de facienda in participantes diſtributione lucri quod factum eſt.

41. Ita fit, ut ex gr. 100. florenorum nomine, quos quis ad Societatem hanc conſtituendam contulit, in eum conferatur rarò 20. ſubinde 30. plerunque 40. præterpropter floreni, adeo ut reditus annuus propemodum exæquet ſortis dimidiatam partem. Neque id mirum alicui videbitur, qui cognoverit quemadmodum id eſt certiſſimum, merces ex India huc quotannis advectas ſuperare hac ætate ſex auri milliones, ſive ſexagies centum florenorum millia. Unde etiam agnoſcere proclive eſt, ſortem ſive capitalem ſummam, qua hæc Societas primum inſtituta eſt, totam quotannis plerumque Societatem lucrari. Plerumque dixi, quia ſubinde tempeſtatibus, ſubinde diſſenſionibus, inter Batavos & Indos exortis, reditus annui aliquanto ſunt minores.

42. Diſtributio illa vel præſenti pecuniâ, vel mercium in participantes diſtributione peragitur, cujus poſterioris conſilii hæc interior eſt ratio, quod ſuperioribus annis vicini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

aliquot populi ſpe tanti lucri allecti, ejuſmodi Societate cœperint cogitare, inſtructiſque aliquot navibus commerciorum causâ in Indiam Orientalem inſtituerint navigationes. Societas igitur Batavica, quò illuderet ejuſmodi conatus, efficeretque ne ſic lucri quid facerent vicini populi, conſultiſſimum judicavit, pecuniæ loco in participantes ſuos diſtribuere ejuſmodi merces, quales ex India vicini populi advexerant. Tanta enim copia ejuſmodi mercium pariter diſtributa earum pretium vehementer decreſcit, fitq; ut pro lucro non niſi damnum reportetur. Eſt ea res Societati Batavicæ quidem etiam damnoſa, ſed pro lucro reportandum eſt, ſi minori damno majus aliquod præveniatur, quemadmodum nullum majus huic inferri poteſt, quam ſi aliæ gentes Indiana illa commercia etiam invadant.

43. Id quoque obſervatione hic dignum eſt, quod participantes non modo quotannis fruantur ampliſſimis illis reditibus, de quibus jam diximus, ſed etiam ſumma capitalis, quam huic Societati conſtituendæ ſinguli contulerunt, indies & pretio & æſtimatione creſcat, hoc modo: ex. gr. ſi quis Societati crediderit quatuor florenorum millia, ſi eam ſummam & actionem, quam ejus nomine habet, alteri alicui vendere voluerit, quod haud raro fit, facile reportat 18000. florenorum. Nam floreni centum huic Societati ſub initium crediti ſive dati, ad participandum

dum ſi vendantur, valent pretium pluſquam 400. florenorum. Neque id mirum videri debet; cum enim magis magiſque indies res hujus Societatis efflorescat, nihil tandem aliud expectandum eſt, quam ut progreſſu temporis annua diſtributio in Participantes facienda adæquet ipſam ſummam capitalem.

44. Porro ſuperioribus annis, exemplo, auſpiciis & modo paribus Societas illa quoque inſtituta eſt, quæ *Indiæ Occidentalis* appellatur. Cui ſub initium turbandæ, duodecennales inducias Rex Hiſpanorum à Fœderatis Belgis petiit & obtinuit, quod nimirum intelligeret, Indici argenti ditiſſimis mercibus omnem rerum ſuarum cardinem verſari. At elapſis illis induciis, quibus inter alia cautum erat, ne in Occidentalem Indiam à Batavis navigaretur, pulchrum adeo & neceſſarium inſtitutum ſtrenuè ac ſeriò eſt promotum.

45. Ad eam conſtituendam collata eſt ſumma ſeptuaginta duarum tonnarum auri, qua pecunia cum adornata eſſet frequentiſſima ac inſtructiſſima claſſis, oppidum *S. Salvatoris*, quod vulgo *Baya de todos los Santos* Hiſpani vocant, caput rerum Hiſpanicarum in Braſilia feliciter eſt expuguatum, ſed & mox infeliciter amiſſum. Interim ex direptis captiſque iis in oris Hiſpanorum Luſitanorumque ditiſſimis navibus tanta collecta eſt præda, ut jam ſtatim inter ipſa initia floreni ex. g. viginti quinque in ſingulos participantes di-

ſtri-

ſtribuerentur, qui conſtituendæ huic Societati florenos centum contulerant. Paulo poſt captâ, argenteam meſſem ferente, Hiſpanorum claſſe, præda ad duodecim auri milliones & amplius æſtimata eſt. Qua occaſione dimidiata pars creditæ ſortis ſive ſummæ capitalis in participantes eſt diſtributa, adeo ut ſingulorum florenorum centum nomine, quiſque florenos quinquaginta reportarit.

46. At experiundo cognitum eſt, in ea diſtributione Curatores hujus Societatis prodigos potius fuiſſe quam liberales; & incautos potius, quam prudentes. Cum enim ea tempeſtate nullam adhuc fixam ſedem Imperii rerumq; ſuarum hæc Societas in Occidentali India haberet: potius fuiſſet, ſi ea præda ad res conſtituendas ac confirmandas fuiſſet collata, quam eam in participantes immaturis adhuc rebus diſtribuere. Nam huic Societati graviſſimum gerendum bellum erat cum Hiſpanis Luſitaniſque, quos acriter defenſuros ſuas in India Occidentali ſedes ſatis conſtabat.

47. Hæc eſt ratio cur abſumpta jam illa capitali ſumma, octogita tonnarum auri, de qua jam diximus, neceſſe habuerint hujus Societatis Curatores ex participantibus colligere novam quandam pecuniæ ſummam, dimidiam nimirum partem illius capitalis ſummæ, quam quiſque ſub initium contulerat, cui mox imaginaria auctio acceſſit 18. tonnarum auri, ita ut tum fuerit ſumma capitalis 126.

tonna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tonnarum, mox aucta 54. tonnis, & ſic jam excrevit ad 180. tonnas auri. Quod quò facilius inter ancipites hujus Societatis res & proſperas nimis prodigè curatas fieret, convenit inter Curatores & Participantes, ut novæ illis ſummæ collatæ nomine ſingulis quovis anno ordinariȩ & receptȩ hic uſurȩ perſolverentur, hoc eſt, floreni ſex, centum florenorũ nomine.

48. Sic aucto hujus Societatis ærario expeditio iterum in Braſiliam eſt ſuſcepta, ejuſque maritima ora, & in ea munitiſſima & opulentiſſima Civitas *Fernabucum* eſt expugnata, ex qua ſacchari inprimis immenſa provenit copia: & mox in interiora limites magis magiſque ſunt porrecti. De hinc in oram Africæ itum eſt, ibique expugnatis aliquot Luſitanorum munimentis hæc Societas aperuit ſibi commercia cum illis Africanis gentibus, quæ juventutem ſuam vendunt in ſervitutem, quos ſervos vulgò *Negros* ſolent appellare. Qua in re multum poſitum eſt momenti. Cum enim incredibilis quidam labor ſit, quem ſuſtinere oportet in iis molis, in quibus ſaccharum ex arundinibus exprimitur, nulla natio Europæa, quamvis validi & compacti corporis ſit, eum perferre poteſt. Poſſunt autem illa mancipia Africana, quorum ſtatura brevis eſt, ſed vis corporum adeo ſolida, ut ſoli & ſinguli ferre pondus poſſint, quod tres validiores ex Europæis non poſſunt ſuſtinere.

49. Quanquam autem hæc ſic ſatis feliciter

ter ceſſerint, nulla in participantes ex eo tempore facta eſt diſtributio, non, quod non multæ ac pretioſæ merces bis terve quotannis: (duodecim enim ſeptimanarum ſpatio ultro citroque hæc navigatio perfici poteſt, cum navigationes in Indiam Orientalem ad itum reditumque conficiendum, requirant plerumque ſpatium menſium ſedecim) ex iis locis advehantur, ſed quod hactenus uſque ad nuperam Luſitanorum ab Hiſpanis defectionem, partim ad tuendos limites, partim ad eos neceſſariò augendos, multi operis multarumque impenſarum bella fuerint gerenda.

50. Regimen hujus Societatis domi ſe habet ad eum planè modum, quo Societas Indiæ Orientalis, niſi quod ſupremo & extraordinario hujus conſeſſu, qui vulgo *de Vergaderinghe vande negenthien* appellatur, ſemper Præſidis locum impleant ac tueantur Generalium Fœderatorum Ordinum aliquot Legati, idque eo potiſſimum titulo, quod ipſa Univerſitas Fœderatæ Reipublicæ haud contemnendam pecuniæ ſummam contulerit ad hujus Societatis conſtitutionem.

51. Foris in ipſa Braſilia Imperium eſt penes ſupremum terra marique ibi Imperatorem, qui nunc eſt Mauritius Naſſovius, quod crederetur illuſtris adeo ſpectatæque familiæ nomen, decus aliquod ac venerationem allaturum huic Societati, inter illas gentes, quæ longe ferociores magiſq; barbaræ ſunt, quam in India Orientali.

52. Gu

52. Gubernatori additi ſunt duo, vel tres qui à Curatoribus hujus Societatis ex ipſo Curatorum Collegio deliguntur, & in Occidentalem Indiam deſtinantur: horum eſt conjunctis conſiliis deliberare ac decernere ea omnia, quæ ſalutem Societatis ſpectant.

53. Eſt & ibidem locorum Senatus quem Politicum vocant, inſtitutus, in quo jus dicitur & lites privatorum cognoſcuntur.

54. Cætera omnia ſe habent ad eundem modum, quo res alterius Societatis in India Orientali adminiſtrantur. Cæterum hæc Societas intra hujus Braſiliæ anguſtias continere ſe haud conſtituit, omneſque eo convertit hodie deſtinationes, ut aditum ſibi in Occidentalis Indiæ interiora, & argenti ditiſſimas fodinas, quarum partem Hiſpani poſſident, partem ipſi Indi nondum ſubjugati ab Hiſpanis, eorumque contumaciſſimi hoſtes ſibi ſervavêre. Spes verò de ſucceſſu vix dubia eſſe poteſt, oblata præſertim nunc eorum bellorum occaſione, quæ Chilienſes populi in ora hujus Indiæ maritima poſiti, cum Hiſpanis omnium atrociſſima gerunt. Quibus cum ſola deſint arma ac alia militiæ inſtrumenta, iis è Batavia eo delatis Societatem cum his ac fœdus facile obtinere poſſe, pleriſque eſt perſuaſum, & jam eò idonea Claſſis, armaturâ ejuſmodi referta, ante menſes aliquot eſt deſtinata.

55. Utriuſque hujus Societatatis milites

tes militiæque Præfecti non ſolis Societatum Curatoribus, ſed Ordinibus Generalibus fœderati Belgii, Supremoque etiam militiæ Imperatori dicunt Sacramentum, quod neque tutum neque decorum ſit, vim armatam in privatorum eſſe manibus, ſolemni ſacramento toti Reipublicæ non obligatam.

56. Utraque etiam Societas utitur privilegio illo, quo ſolis illis in utramque Indiam navigare conceſſum eſt, non perpetuò, ſed verò intra certum annorum intervallum conſtricto, viginti puta, aut triginta præter propter annorum; Cuju[s] inſtituti quidem duplex eſt ratio. 1. Prima eſt iſta, quod eæ in fœderatam Rempublicam fortè aliquando incumbere poſſent neceſſitates, quibus ad ineunda[s] cum Hiſpanis inducias, vel quoque pacem compelleretur, neque eas obtinere po[ſ]ſet, niſi prohibitis ulterioribus in utram[-] que Indiam expeditionibus. Itaque ne e[a] occaſione contra dati privilegii fidem al[i]quid Ordines Generales conſtituerent, cau[]tè placuit certo annorum ſpatio ejus uſum definire. Secunda eſt quod ſic fiat ut Cur[a]tores utriuſque Societatis identidem neceſ[ſe] habeant eorum privilegiorum ab Ordinib[us] petere continuationem, qua occaſione p[] auctis utriuſque Societatis opibus Reſpub[li]ca identidem ſibi velut redoſtimenti lo[co]

ingen

ingentem quandam pecuniæ vim poteſt ſtipulari.

57. Denique utraque Societas ad confirmandam hanc Rempublicam maximè eſt comparata, dum utriuſque rebus feliciter geſtis ærarii Hiſpanici res inprimis conturbantur; dum etiam utraque Societas veluti perpetuum quoddam ſeminarium eſt, ex quo belli tempore, ingruente ſubito aliquo tumultu & arma & armatas naves, & armatorum hominum aliquod millia è veſtigio poſſint adhibere, in quo etiam pacis & induciarum tempore plurima millia militum, quaſi alio in Orbe, in perpetua quadam bellorum mediatione agunt.

CAPUT XXVI.

Quid de perpetuitate aut duratione fœderatæ hujus Reipublicæ judicandum ſperandumque ſit.

POſt ea, ut licuit, explicata, quæ generalem fœderatarum Belgii ditionum adminiſtrationem ſpectant, de eo argumento, quod huic Capiti adſcripſimus, diſſerendi occaſionem præbet *Cardinalis Bentivolius*, & aliquandiu Pontificis Romani Nuncius in Hiſpanico Belgio, in eo opere Italicè ſcri-

ſcripto, quod *Relationes* appellavit, in quo etiam quærendum ſibi placuit allatiſque non- nullis rationibus quæ pro perpetuitate hujus Reipublicæ facere videri poterant, tandem contrariis quoque in medium adductis, alia planè omnia de ea ſentienda eſſe, arbitratus eſt

2. Vanum profectò eſt de futuris; ſuperbum autem de perpetuitate alicujus Reipubl diſſerere: forma tamen uniuſcujuſq; ac mole opeſq; facile concedunt, ut de aliis atque alii majora aut minora quædam præſumamus.

3. Ac inprimis, ſi cauſam videamus inſtitutæ hujus Fœderatæ Reipubl. quam ea quidem perpetua eſt ac neceſſaria, tam perpetu futuram Rempubl. haud ſine ratione licueri augurari. Cauſa autem fuit vindicatio oppreſſæ & conſervatio recuperatæ libertatis, cuju immotus amor & omnibus gentibus maxim ſub Septentrione agentibus, inprimis autem Belgis aut veteribns Batavis innatus eſt. Accedit quod in hac nova Fœderata Republic in nemine ea libertas lædatur. Cauſa erg iſtius primæ mutationis, & in illa ipſa mutatione rectè omnia expleta hoc faciunt, ut nu la planè ſuperſit ratio, ob quam de alia mut tione aut Imperii forma ſit cogitandum. Hu etiam adjecerim odium immortale Hiſpan rum in Belgas Fœderatos, & horum in Hiſpa nos, nullam ſpem veniæ, metuendos eſſe qu læſeris, & quæ ejus generis alia plura poſſe adferre. Non enim mutatio ulla expecta

da ex iis eſt, qui probè intelligunt, mutatione in præcipitium tandem ſeſe ituros.

4. Eadem ſpes confirmatur, ſi ad formam inſtitutæ primæ mutationis, poſt ejectum Hiſpaniæ Regem, attendamus. Certiſſimum eſt, ubi quis in conſtituenda Republica ab uno extremo ad aliud tranſit, pleriſque tandem redire prioris iſtius deſiderium. At in fœderato Belgio vix ulla veteris Imperii mutatio eſt inſtituta, niſi quod ſolus princeps amotus ſit, manente Ordinum Imperio, quorum poteſtari poteſtas Principis obnoxia fuit; Ergo cum manſerit ſingulis ditionibus priſtinum Ordinum Imperium, idque gratiſſimum libertati, & ejecto Principe inſuper auctum: Cum etiam ſingularum Urbium priſtini Magiſtratus, priſtina privilegia & jura, ab ipſis Principibus olim indulta, manſerint: quis non videt in novo & communi fœdere harum ditionum, veterem Reipublicæ formam prope intactam manſiſſe? Nihil igitur ex iis, quæ olim fuerunt, amotum eſt quod utile omnibus acceptumque eſſet, cujus deſiderium nullum poſſet redire. Sed & veriſſimum illud eſt axioma: *Maximè ea omnia duratura eſſe Imperia, quæ in oblato aliquo tranſitu rerum*, ut loquitur Tacitus, *minimum paſſa ſunt mutationis.*

5. Neque minora nos præſagire vult modus regiminis Fœderatarum Ditionum. In eo enim obſervare licuit in diſſimili ſingularum ditionum potentia & inęqualibus opibus

ſummam

ſummam eſſe inæqualitatem auctoritatis, & quod inæqualitas illa ſit futura cauſa durationis, cum ſola plerumque inæqualitas cauſa ſit omnium ejuſmodi mutationum.

6. Si ad domeſticas opes oculos quoque convertamus, cum illæ præcipuè conſiſtant in opibus privatorum, atque eorundum infinita atque indefeſſa induſtria quædam ſit in iis parandis, partiſque augendis, nihil certè facile huic Reipublicæ eſt defuturum.

7. Si ad præſidia etiam externa judicium convertatur, maximè ea, quæ in Gallorum Anglorumque fœdere poſita ſunt, quam ab omni retro ævo ſuſpecta his gentibus eſt dominatio Hiſpanorum, quamque æternæ atque indubitatæ veritatis, id eſt, in Fœderatorum Belgarum cauſa, illorum etiam cauſam verti & agi, tam æterna hæc præſidia Fœderati ſibi poſſunt polliceri.

8. Si ratio etiam habeatur munimentorum quę natura dedit, ut maria & flumina immenſa, quam iis maximè fere tribuit conſervatque ejuſdem curſus ac ſitus perpetuitatem, tam in iis ſecura acquieſcere hæc Reſpublica poteſt.

9. Si exempla etiam ſimilium Rerumpublicarum noſtrę ætatis videamus, cum Helvetiorum Reſpublica eodem planè modo conſtituta ſit, non modo adverſus potentiſſimos Principes ſeſe tueatur, ſed ob ſitus quoque opportunitatanem formidata iiſdem ac æſtimata ſit, cum eadem hic & majora concurrant

rant, non ſine cauſa ſimile durationis exemplum in hoc Imperio futurum præſumitur.

10. Non enim votis modò optare, ſed ex ipſo Reipublicæ ingenio ac ratione ſic ſatis colligere etiam licet, non facile movendam hujus Reipublicæ conſtitutionem; At Cardinalis ille, quem diximus, Bentivoglius in contrarium nonnullas addit rationes, & quidem;

11. Quod nimirum libertas licentiam, & hæc inæqualitatem,& ſic ſingularis ſive unius imperii deſiderium pariat, ut Romani poſt expulſos Reges ampliſſima uſi ſunt libertate, dein inæqualitate Ordinum inter ſe commiſſi, poſtremò ſub unius iterum dominationem, nempe Cæſaris, venêre.

12. Aſt dicendum, ejus mutationis factæ exemplum fruſtra adduci, cum ea nata ſit ex ita conſtituta Reipublicæ Romanæ forma, in qua æquabilitati Ordinum non ſatis erat proviſum; quod de hac Republica affirmari non poteſt.

13. Quod auctoritas nimia ſit Supremi Gubernatoris, ac Imperatoris; At verò magnam quidam illam, ſed Ordinum multo majorem ac ſummam eſſe, habereque illum in iis, quæ ſummam Reipubl. concernunt, ſuadendi, hos autem imperandi poteſtatem ex iis, quæ ſupra diximus, ſatis eſt manifeſtum.

14. Quod incredibiles ac pene immenſi hic ſint ſumptus bellorum, & publici ærarii attri-

attritæ opes. Reſponderim vero, ſed & hoſtium opes eſſe etiam attritas, itaque fœderatos & fœderatorum hoſtes hac ratione eſſe pares; in eo interim impares & diſſimiles, quod exhauſtæ apud hoſtes ſint privatorum etiam opes, quæ ſub Fœderatorum Imperio longè ampliſſimæ & prope inæſtimabiles inveniuntur.

15. Quod una Provincia, ex. gr. Hollandia, multò potentior ſit quam cæteræ, ac proinde dominationem in cæteras facilè poſſit uſurpare. At vero exceperim in illa potentiæ diſſimilitudine, quoad res fœderis curandas, unicuique eandem vim eſſe auctoritatis, ſed & altera in alterius ditionis ſingularibus rebus nunquam miſcetur.

16. Quod diverſitas hic plurima ſit religionum: Cæterum illud repoſuerim; interim ſingulis de religione diverſa ſentientibus, eandem datam eſſe & manere conſcientiæ, quam vocant, libertatem; quæ cum omnibus ſit grata, non poteſt non omnibus hac ſaltem ratione hæc Reipublicæ forma probari.

FINIS.

PAULI MERULÆ
DE *STATU*
REIPUBL. BATAVICÆ
DIATRIBA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

PAULI MERULÆ

DE STATU

REIPUBL. BATAVICÆ

DIATRIBA.

GERMANIAM non ignobilem Europæ portionem, poſterioris ævi ſcriptores tradunt duplicem, Superiorem & Inferiorem. De Superiore, quæ item Vetus & Magna, non jam dicendi locus. Inferior, quæ nonnullis ab inſigni præſtantia ocellus dicitur orbis borealioris, hodie XVII. habet provincias; quarum quæ ad ſeptentrionaliorem Rheni ripam, in queis Batavia noſtra, olim veteri erant Germaniæ, quæ verò ad auſtraliorem ejuſdem fluminis marginem, Galliæ quondam contributæ erant Belgicæ. Singulis ante centum, & qui excurrunt, annos, ii ferè fuerunt Principes, ſucceſſione nobiliſſima; qui ſexus utriuſque propter virtutis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

communionem, illuſtriaque exempla, naſci nobis melius, pacatius, ſecurius conſueverunt, quam eligi. Sui vero fuerunt, Brabantiæ quidem, Limburgo, Luceburgo, & Geldriæ Duces; Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurco, Zutphaniæque Comites; Imperio ſacro, cui ſuum Antverpiæ ſacrarium, Marchiones; reliquis denique Friſiæ, Ultrajecto, Traſiſulaniæ, Mechliniæ, & Groningæ Domini. Primus univerſum & abſolutum omnium ſimul Principatum adeptus eſt Carolus Imperator, ejus nomenclaturæ Quintus; ſtratâ ab ipſius progenitoribus regaliter ad tantum faſtigium viâ partim matrimoniorum & adfinitatum, partim verò ſucceſſionum jure & beneficio. Carolo ſucceſſor fuit Philippus filius, non ſolum feliciſſimus Belgicæ totius Princeps, verum etiam potentiſſimus Hiſpaniarum, aliorumque regnorum monarcha. Sub eo variis artibus, technis, dolisque circumdicto, intoleranda conſtitutionum, quæ contra puriorem religionem profeſſos facta acerbitas; tyrannica inquiſitionis contra miſerorum ſubditorum conſcientias impotentia, & odioſa privilegiorum infractio, novis Epiſcopatibus, multiſque ſuppliciorum generibus comitatæ, quum jam ſub Carolo ipſius patre initium habuiſſent, adeo invaluerunt, ſuaſque exercere & exerere vires cœperunt, ut crudeliſſima bella (quibus qu[...]

tandem futurus finis?) genuerint; Philippo crebras ſuorum preces, conteſtationes, ſupplicesque libellos, atque adeo pias multorum Principum, quin ipſius etiam Imperatoris, pro ipſis interceſſiones cum indignatione abjicienti, principatum abrogarint, & diſcidium, quod hodieque inter Provincias, nunc has, nunc illas, funeſtum ſanè calamitoſumque fecerint: quarum quæ, ſcopo religionis reformatæ libertatiſque avitæ propoſito, fœdus inter ſe contra communem hoſtem inierint, Fœderatæ & ab unione ſancita Unitæ jam nunc appellantur. Sunt ejus hodie conditionis ſeptem: unus Ducatus Geldria, cui Zutphania concenſetur; Comitatus duo, Hollandia & Zeelandia; Dominia quatuor, Friſia, Ultraiectum, Tranſiſulania & Groningana ditio. Hæ ſunt, quarum auſpiciis bellum hodie contra potentiſſimos hoſtes, cum ſummo omnium ſtupore gerit unus (nam apud nos penes unum rei militaris eſt ſumma) Mauritius Naſſovius Guilielmi Principis Arauſiorum filius, heros gloria plenus, Ductor copiarum Fœderatorum inviƈtiſſimus: de quo, ut olim de Carthagine enunciavit Salluſtius, ſatius eſt ſilere, quam pauca tenuiter & jejunè dicere. Is ſanè eſt, cui ipſiſſimæ boni legitimique Ducis adſunt & inſunt notæ; gnara rerum militarium, ante pugnam, in pugna, poſt pugnam ſcientia; admirandus corporis ingeniique vigor: animi ſine ſuperſtitione probitas;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſua cum prole,innocentia,temperantia,fide,fa cilitate & humanitate;item providentia cauta cunctans, nihilq; agens, vel timidè,vel tumidè,felicitas deniq; conſilii rationiſq; comes;& auctoritas , comi quadam ſeveritate & ſevera quadam comitate temperata. Provinciæ à me commemoratæ de iis, quæ ad communem ſpectant ſalutem (nam ea omnibus certatim in pectore eſt & oculis) acturæ, ſingulæ ſuos Hagam (deſtinatum rebus agendis locum) mittunt legatos ; vel unum vel plures, pro qua quæque eſt autoritate & potentia, viros pietate inſignes, probitate venerandos, doctrina ſingulares,rerum experientia planè ſtupendos. Hi vulgata appellatione cum Generales, tum Fœderatarum vel unitarum Provinciarum vocantur Ordines. Hi gubernaculo aſſidentes , navim prudentia ſumma regunt , in qua Provinciæ,quas dixi,tranquilliſſimè quaſi vehuntur. Penes hos , ſupremum quoddam ſanctiſſimumque collegium ſtatuentes, tractatio, diſcuſſio diffinitioque eſt rerum,quæ belli,quæ pacis, maximi ponderis & momenti. Horum eſt,adhibito in conſilium Præfecto,bellum decernere, de pecunia,commeatu, armis cogitare, exercitus conſcribere, conſcriptis peritos animoſoſque dare Duces ; Ducibus quo,quouſq; quando, quomodo ducendum,prudenter præſignare. Horum eſt,Legatos audire,Imperatoris, Regum, variorumque Principum ; pacem facere , fœdera ſancire,

cire, quemadmodum factum cum Chriſtianiſſimo Galliarum, Sereniſſimoque Angliæ Regibus, aliiſque Principibus. Horum denique, patriam ut familiam propriam, incolaſque ut filios & tanquam ſe ipſos piè amantium curare eſt omnia quæ ad totius Reipub. corpus ejuſque ſalutem pertinent & incolumitatem. Sed ſpecialiorem publici ſtatus, qui apud Batavos, delineationem exhibiturum me ſum pollicitus. Hoc igitur agam; præmonitos cupiens lectores, quæ de Batavorum regimine ſum dicturus, ea in reliquis etiam fœderatis Provinciis habere locum: omnia tamen apud Batavos eſſe ſpecioſiora, ſolidiora, & majorem ſingulis eſſe ſplendorem & apparatum. Batavis, ſui, quum res Romana ſtaret juris, amicis fratribuſque quod veteres docent Inſcriptiones populi Romani, circa annum DCCCCXIII. præeſſe cæperunt non abſolutè & imperiosè, ſed limitata poteſtate, Comites. Eorum primus fuiſſe legitur Theodericus, ab Carolo Simplice miſſus, Francorum monarcha, uti contra futiles Hiſtoriographos rectiſſimis argumentis probat in ſuis Annalibus Vir nobiliſſimus, rerumque hujuſmodi peritiſſimus, ut qui digniſſimè præfectum agit cuſtodiendis antiquiſſimis patriæ noſtrę chartis & monumentis. Janus Doüſa, Nortivici Toparcha. Theodericum ſecuti ſunt illuſtriſſima progenie, cum fæminæ, tum maſculi

circiter XXX. iis perpetuò legibus, ut privilegia, immunitates, uſus, conſuetudines, juraque omnia ſarta tecta fideliter conſervarent: quæ ſanctiſſimè ſemper ab omnibus cuſtodita primus, ab aliis circumductus, violavit Philippus Hiſpaniæ Rex, cui ea propter, ut antea obiter indicavi, imperium publicè fuit ademptum anno CIↃ IↃ LXXXI pie menſis Julii 21. Ab eo tempore pricipatus fuit penes Ordines: qui quicquid eſt juris publici gubernant vel ſpeciatim & diſtinctis muneribus per alios. Per ſe quidem coactis comitiis. Comitia nihil aliud, quam conventus eorum, qui poſt acceptos examinatoſque præcipuos, de quibus agendum, articulos, cum ab nobilibus, tum ab civitatibus deleguntur ad conſultandum inter ſe de iis, quæ ad cummune bonum & omnium ſpectent ſalutem. Conſtituunt autem comitia duo membra, partim Nobilium, partim Civitatum legati. Inter Nobiles primi nunc loci ſunt Brederodii; olim antiquiſſimi cenſebantur Waſſenarii; potentiſſimi Egmondani; ſequuntur Brederodios Scagii, (veniam precor ſi peccem in ordine) Aſſendelſii, Douſæ, Warmontii, Poelgeeſtii, Mateneſii, & alii. Ex Nobilium claſſe ſiſtere ſe conſueverunt aſsiduo in Ordinum comitiis non pauciores tribus. Civitates, quæ ſuos ad conventum ablegant deputatos, non pauciores duobus, ſex ſunt majores; Dordrechtum, Harlemum, Delphi, Lugdunum Batavorum, Amſtelodamum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

mum, Gouda: quædam item minorum gentium, Zuyt-Hollandiæ quidem, Rotterodamum, Gorichemum, Schiedamum, Schoonhovia, & Briela; Noort-Hollandiæ autem Alcmeria, Horna & Enchuſa. Has præter Nobiles moris eſt ordinaria ad comitia convocare. Quoties autem de contributionibus, de ineunda cum hoſte pace, de indicendo bello, denique mutando Reipub. ſtatu eſt quæſtio, reliquis etiam minoribus, ſollenniter evocatis, jus conceditur ſeſſionis & ſuffragii. Conveniunt autem Ordines ordinariè ſingulis trimeſtribus, intermediis etiam nonnunquam temporibus, ſi neceſſitas flagitat: idque Hagam, quæ Comitiis Batavicis ab omni tempore conſecrata, quemadmodum nunc Neomagum, nunc Zutphania, & Arnhemium, Gelricis; Midddelburgum Zelandicis, Friſicis Leovardia; Trans-Iſulanis Vollenhovia; Ultrajectinis & Groningenſibus urbes cognomines. Comitiis prudenter dirigendiis præeſt, qui auguſta appellatione nominatur Advocatus Provincialis. Hic Hagæ habens domicilium, non alio, vel in Hollandia, vel alibi, quam quod impoſitum, fungens munere, apud civitates, pagos, collegia, privatoſque omnes incolas cum Hollandiæ, tum aliarum regionum neutrarum ſe gerit partium, nemini obligatus: curare quantum fieri poteſt ſolitus, ut jura, privilegia & conſuetudines Provinciæ, Ordinumque auctoritas illæſa ſerven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tur. Hujus eſt omnia Ordinum comitia prope obſervare, iiſque ſtato tempore, niſi morbus, aliave neceſſaria cauſa impediat, intereſſe: Hujus, congregratis Ordinibus, prima comitiorum die, brevibus ea, de quibus agendum, cum viva voce, tum ex ſcripto commemorare, de ſingulis nobiles, civitatumque delegatos ſententias rogare, eaſque fideliter notatas ſumma ſilentii fide legere, & poſt rationem, quæ prævaleant indicare, ut quod facto opus, fiat. Hujus denique catalogum omnium actorum conficere; conſtitutiones omnes, idque genus alia, quæ alicujus ponderis, extendere; intra octavum poſt ſingula comitia diem nobilibus, ſingulìſque civitatibus actorum omnium, quæ præteritis nata comitiis, ut exſcripta mittantur curare. Ordines ſolenniter coacti, præſtito fidelitatis & ſilentii juramento, quæ propoſita in maturam vocant deliberationem. Ea ad certa referri poſſunt capita. Conſueverunt igitur agere de contributionibus, conſenſionibus, ſubventionibus, idque genus aliis, de obligationibus temporariis vel perpetuis, quibus incolæ hujus religionis eorumque bona obligantur; de mutando regiorum reique publicæ ſtatu; de pangenda pace faciendiſque induciis; de bello indicendo; de fœderibus ineundis; de alienandis, cedendis, donandis, quæ ad regionem pertinent rebus; de ſtipendiis & honorariis conſtituendis, de conficiendis novis decretis; de rogandis abrogan-

gandiſque generalibus conſuetudinibus; de conferendis publicis muneribus;de remittendis publicis debitis, de varianda publica moneta; de augendis extraordinariis contributionibus, de concedendis alicui civitati, pago, collegio, privilegiis. Alia, ne ſim prolixior, prætereo. In ſuffragiis autem ferendis,primæ debentur Nobilibus; ſecundæ Dordrechto; tertiæ Harlemo; quartæ Delphis; quintæ Lugduno; ſextæ Amſtelodamo; ſeptimæ Goudæ; octavæ Roterodamo; quod deinde minores reliquæ ſequuntur. Ex ordine ſuam quiſque ſententiam declarat,ejuſque rationes ſine aliorum interruptione, & quod major pars decernit, ratum habetur. Et ſic quidem admirandum hoc florentiſſimæ Reipub. corpus per ſe gubernant univerſum Illuſtriſſimi Ordines: qui quum ſingulis tantum trimeſtribus,ut antea dixi, convenire ſint ſoliti, & intermediis temporibus frequenter ea incidunt,quæ dilationem vel moram non patiuntur, perpetuos habent deputatos, quorum continua quaſi & ceſſante nunquam opera res adminiſtrant cum terreſtres, tum maritimas. Priores quidem deputati vocantur collegæ, poſteriores conſiliarii Admiralitatis. In deputatorum collegio ſex ſunt,qui ex nobilibus & præcipuis civitatibus legi conſueverunt in annum,jurejurando obſtricti, ſe quicquid injunctum ipſis cum diligentia & fide,nulla habita perſonarum ratione, ſervaturos, nemini

ſe obligaturos, ab nemine honoraria, penſiones dona qualiacunq; accepturos. Horum eſt de Provinciæ ſtatu, omnibuſque quę incidunt, cum Præfecto Provinciæ communicare, eidem fidele, quodque Reipubl. eſt bono, conſilium ſuggerere, ad commodum vel proprium vel alterius quod egregium publicum poſſet remorati, non attendere. Item quæcunque in Ordinum comitiis vel juſtitiæ tuendæ, vel politiæ ſtabiliendæ conſtituta ſunt, ut exſecutioni mandentur, gnaviter curare. De omnibus quæ ad regionis ſtatim pertinent, & vel Præfecto, vel aliis non ſunt reſervata, maximo Reip. commodo deliberare: ad ea, quæ maximi momenti moram non patiuntur, Ordines extra ordinem convocare. Eorundem eſt, ut pax, concordia, amicitiæ inter urbes, agrorum univerſitates pagoſque ſerventur; &, ne qua per aliquem vis frauſque fiat Ordinum conſtitutionibus, ſpecialem adhibere diligentiam, Rogare porro ut non ſolum delicta diligentiam; Rogare porro ut non ſolum delicta militaria, verum etiam exactiones concuſſioneſque eorum, qui poteſtate præditi, regidè puniantur: utque contra ſeditioſos, rerumque novatores, quique aliquid contra Reip. ſalutem moliantnr, abſque ulla conniventia procedatur, inſtare. Ipſorum etiam eſt, armorum omnium, quæ in publico armementario, fidelem habere catalogum: ut conſtituta præſidiario militi pulveris tormentarii,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tarii, fomitiſque igniarii quantitas tradatur, neve quid armorum limitaneis oppidis deſit, adniti: ut denique paſſim in Hollandia munitiones & propugnacula exſtruantur, eaque (ſarta tecta) conſerventur, ſedulo curare. Habent iidem, ne illud prætercam, cognitionem & juriſdictionem controverſiarum, quæ publicarum impoſitionum, ſubventiouum, penſitationum & ſimilium occaſione moventur, nulla conceſſa appellatione: item abſente præfecto, cauſas omnes judicant terminantque quæ pertinent ad captivos, prædaſque militares, & alia, quæ inde oriri & manare ſunt ſolita. In adminiſtratione ſua hunc ſequuntur ordinem, ut primò ſuſcipiant conficiantque, quæ regionis totius; deinde, quæ civitatum, & collegiorum; poſtremò, quæ privatorum. Conſiliariorum quos antea nominavit Admiralitatis, qui ex præcipuis civitatibus ſenarium conſtituunt numerum, eſt elaborare, ut conſenſus ſit ipſis mutuus & amica conſpirario cum Archithalaſſo, Ordinibus, ipſis, & Ordinum Deputatis, eoſque opera fideli & bono juvent conſilio: oculis menteque ab emolumento privato proprioque commodo averſis. Eorum eſt, ſummo ſtudio intendere, ut ad navigationis ſecuritatem, liberum maris uſum, cuſtodiamque Hollandiæ fluminum, conveniens ſemper ſit & idonea claſsis: ut eadem claſsis perpetuò benè ſit inſtructa omni apparatu bellico, tormentis, pulvere,

aliis-

aliiſque ad navalia prælia hoſteſque pulſandos neceſſariis: ut denique publici per mare fluvioſque commeatus negotiatoribus aliiſque iter aliquo facientibus non ſegniter præſtentur. Eorundem eſt peritos maritimæ rei Præfectos, duceſque cum majórum tum minorum gentium conquirere, iiſque jurejurando fidelitatis obligatis ad agendum mandata præſcribere. Cognitionem habent ſententiæque abſque ulla provocatione dictionem, cum de fraudibus, dolis, impoſturis, quæ in publicis commeatibus ſolent deſignari, tum de controverſiis, quæ inter navales ſocios oriri conſueverunt. Poſtremò quæſtiones liteſque terminant de prædis ſpoliiſque maris: de mercibus naufragorum in mari repertis, de debitis, quæ contraxiſſe, quam diu merent, deprehenduntur duces ſociique navales, de piratis prædonibuſque, de delictis denique, criminibus, erratis in mari fluminibuſque perpetratis. Jam quo pacto negotia, quæ ad juſtitiam ſubditis impertiendam, quæ ad dirigendas pecuniæ publicæ rationes, quæ ad conferenda feuda beneficiaque principalia, quæ ad regendum ſaltus, ſilvas, aquas, aliaque iis, quæ hactenus commemoravi, conſentanea, quo pacto, inquam, ea Illuſtriſſimi Ordines adminiſtrare per alios conſueverint, ut jam nunc explicem, temporis, quo circumſcribor, brevitas non patitur. Sed quærere jam poſſet aliquis, cui trium civilis adminiſtrationis formarum noſtra hæc,

hacte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

hactenus paucis & ſupremis coloribus à me delineata, conveniat? Non contendam, eſſe ſimpliciter monarchicam, non ariſtocraticam, non democraticam; allatis in medium ſpecioſè iis omnibus, quæ pro cujuſque præſtantia & dignitate dici conſueverunt. Rogari interim me ſentio ex formula, quæ in habendo apud veteres Romanos ſenatu uſurpari ſolita; Dic, quid cenſes? Ingenuè dicam. Abſit ſiniſterior, quam contra mentem meam promovere poſſit invidia, interpretatio. Cenſeo Batav. Remp. temperatam eſſe ſalutariter ex triplici genere laudabili, Regali, Optimate, Popul. Primi quidem notas eſſe in ſummo exercituum noſtrorum Ductore, cujus arbitrio & nutu omnia poſt acceptum imperium militiæ terra marique gubernantur; ſecundi ſigna eſſe in ipſis Ordinibus, qui de omnibus rebus agendis conſilia ineunt, viaſque benè feliciterque perficiundis cum cura diligentiaque ſternunt; tertii denique eſſe indicia in ipſis civitatibus, queis non præconſultis majora negotia inſolens tractare, nefas pertractare. Plura non debeo: ſufficiant illa, exque paucis deducantur multa.

FINIS.

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

DECRETUM ORDINUM HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

De Antiquo Jure Reipublicæ Batavicæ.

Equestris Ordo, Nobiles, & Hollandiæ Weſt-Friſiæque Urbes, repræſentantes earundem Provinciarum Ordines, prudenti deliberatione habitâ, & re communicatâ cum Nobilibus & ſingularum Urbium Senatu, eorumque ſuffragiis reſponſis, diligenter expenſis; cum fidei juriſque jurandi, tum officii ſui nomine, bonum factum cenſuerunt fore, ſi diplomate publico legitimum Hollandiæ Weſt-Friſiæque imperium omnibus exponeretur: certò ſibi perſuadentes, lectores omnes & ſingulos benevolentiam favoremque calamitoſo Patriæ noſtræ ſtatui convenientiſſimum adhibituros eſſe.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Conſtat, in Hollandia, Weſt Friſiaque & Zelandia, octingentis retro annis, Comitis utriuſque ſexus ſummis imperii rebus admotos fuiſſe; quibus ab Equeſtri Ordine, Nobilibus, atque Oppidanis, Ordines earundem regionum conſtituentibus, ſupremum jus dominiumque traditum ab antiquo fuit, & legitimè delatum. Illi autem ea moderatione ac prudentia Rempublicam geſſere, ut nunquam de bello indicendo, aut pace tractanda, de tributis & vectigalibus imponendis aliiſve de negotiis publicis quidquam attentarint, abſque conſilio & conſenſu Nobilium & urbanorum magiſtratuum; qui ſemper ad Comitia publica evocabantur; quamvis & ipſis non deeſſent conſiliarii aulici, indigenæque alii viri graves atque idonei. Atque his ſuis domeſticis non obſecuti tantum Principes, ſed & illis Senatoribus, qui ex Dynaſtiis ſuis & oppidis ad comitia vocari, benignèque ſemper & cum applauſu exaudiri ſoliti, quotieſcunque negotium incidiſſet quod ad Remp. pertineret. Atque horum omnium auctoritas pro lege fuit, & frænum quodammodo Principatus:

Hoc fundatum bonis legibus regimen, juſtumque ante alia, ac nulli ſecundum, inſignes profectò fructus publico, & peculiarem honorem ipſis Comitibus attulit: ut qui tantillæ Provinciolæ præfecti ſummam apud omnes Chriſtiani orbis Principes exiſtimationem,

lau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

laudemque conſecuti ſint;tantaque in dignatione fuerint, ut fœdera non tantum, ſed & nuptias cum potentiſſimis Regibus ſæpenumero contraxerint. Adde,quod anno poſt milleſimum ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Gulielmus, ejus nominis II. Hollandiæ Comes, Rex & Romanorum Imperaror electus ſit. Denique non parum ad eorum gloriam & virtutem facit, quod triumphatis hoſtibus victores plerumque è bello domum redierint; limitibus ſuarum provinciarum, adverſus quoſcunque hoſtes, quantumvis præpotentes, fortiter defenſis. Hinc imperium majeſtatemque Principum Hollandicorum vicini omnes plurimum reverebantur. Quin immo affeverare veriſſimè poſſumus,Hollandiam Zelandiamque à nemine hactenus, quà externo, quà inteſtino bello,ſpatio quidem octingentorum annorum, ferro ſubactam, aut alterius imperio ſubditam fuiſſe. In quo an ulla alia Regna & Reſpublicæ(Veneta fortaſſe an excipienda) gloriari nobiſcum poſſint, etiam atque etiam dubitamus. Invictæ verò hujus majeſtatis robur in ſola Ordinum cum Principe concordiâ, amore, & animis conſpirantibus poſitũ profitemur, & libenter agnoſcimus. Comitum alioqui potentia invalida, niſi Nobilium & Civitatum deſtinis fulciretur. Nullæ enim his opes, præter quam Dominiorum reditus, ad ſublevandam Aulam, aliaque publica munera ſuſtentanda.

Acce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Accepimus etiam à majoribus, quâ auctoritate Ordines Comites ſuos, ſi malos conſultores ſecuti exorbitaſſent, in viam reduxerint: non ſolummodo demonſtrationibus & expoſtulationibus exhibitis: verum etiam ſi ſalubria monita negligerentur, adjectis pœnis & animadverſionibus in capita illorum, qui Principum auctoritate nequiter abuſi deliquiſſent, & eos ſeduxiſſent. Cujus rei exempla multa & varia circumferuntur.

Clarè quoque perſcriptum eſt, Principibus pupillis & impuberibus Tutores ab Ordinibus appoſitos fuiſſe. Quemadmodum etiam, cum Gulielmus V. ejus nominis Comes Hollandiæ, per animi ægritudines imperio minus idoneus eſſet redditus, ab iiſdem ipſi Procurator, & populo Rector datus eſt.

Extra omnem denique controverſiam eſt, ſupremam poteſtatem atque adminiſtrationem Reipubl. penes Ordines ſemper fuiſſe, ſi quando provinciæ Principe defuncto, vel eo impubere, vel mente capto, aliave de cauſa Domino ſuo deſtituerentur. Nam in tali caſu ab Ordinibus genti caput datum, quem Tutorem ſive *Ruwardum* vocabant. Quod ipſorum jus tempore adhuc dominationis Burgundicæ obtinebat. Cum enim Maximilianus Auſtriacus ſtatim ab exceſſu Ducis Caroli & filię ejus Mariæ res novas contra jus antiquum moliretur, & apertâ vi anniteretur auctoritatem Ordinum convellere, Rempublicam ipſam in extre-

extremum prope diſcrimen conjecit. Cæſar Carolus, donec minorennis eſſet, Tutores à provinciarum Ordinibus, provinciæque ipſæ ab iiſdem ſuos Gubernatores accepêre. Imperator idem majeſtatem Ordinum (quanquam libertas priſtina durante dominatione Burgundicâ multifariam diſtracta ſit atque imminuta) magno in honore & prětio ſemper habuit, quod probè intelligeret non aliter ſe ſuaque poſſe conſiſtere. Quocirca & filium ſuum Regem Hiſpaniarum crebris adhortationibus commonefecit, & ad mitiora conſilia prudentiamque pellicere conatus eſt, proteſtatus verbis diſertiſſimis, quod tum demum ſerò intelligeret ſtatum imperii ſui periculosè admodum laboraturum, quamprimum Ordinum auctoritatem parvifaceret. Et nunc ille dictionem patris re ipſa veriſſimam experitur, ingenti ſuo & provinciarum damno. Neque alia Belli Belgici cauſa, aut tumultuum origo, in medium adferri poteſt; (quicquid vulgò contra diſſertetur) quam quod vi armata per Hiſpanos & alios exoticos milites extorquere à nobis voluerit, quod comitia Ordinum publicę utilitati adverſarium judicarent.

Quæ licet ſint extra omnem diſputationis aleam poſita, nihilominus è re noſtra eſſe, ſi hic repeterentur, ideo exiſtimavimus, quod multi in lubrico hærentes ſcorſum ab his abeant, Ordinum comitia non alio ferè di-

gnan

gnantes honore, quam quod dignos ipſi cenſent ad ea delegatos, reſque in iiſdem ventilari ſolitas. Haud aliter reputantes, ac ſi delegati illiè Nobilibus & Oppidis ſeſe pro Ordinibus ingererent, & ſibimetipſis tanquam Ordinibus ſupremum imperium deferentes de ſummis Reipublicæ negotiis pro libitu ſuo diſponerent: contortâ omnium actorum invidiâ in ipſos ceu privatos. Sed qui præmiſſa, reſque alias arduas à Principibus Ordinum faventiâ geſtas, propius inſpexerit, & attentè conſideraverit; præſertim ea, quæ quindecim annorum proximè elapſorum curriculo in Hollandia Weſt-Friſiaque & Zelandia evenêre, non in XXX. aut XL. plus minus capitum, ad comitia confluentium regimine & auctoritate, Ordinum majeſtatem ſitam eſſe facilè animadvertet. Ipſi etiam Agentes in rebus Regis Hiſpaniarum, hujuſcemodi argumentorum machinis Rempublicam noſtram evertere, Ordinumque auctoritati detrahere identidem allaborantes, re ipſa demum didicerunt in eo ſe graviſſimè erraſſe, ac opinione falſos fuiſſe.

Ut igitur in medium proferatur ac liquidius demonſtretur unde ea pullulet ac deſcendat Ordinum auctoritas, ſciendum eſt, omnes omnino Principes, quotquot unquam præfuerunt, non tantum ex delatione, conſenſu, & volentibus Provincialium animis, imperium auſpicatos eſſe; verum etiam ita continuaſſe,

nuaſſe, ut omnia corporum membra, quibus ipſi tanquam capita impoſita, illibata hactenus & ſarta tecta permanſerint. Quod jactari & nobis vix poſſit (cum ferè Principes quorundam vafritie atque ambitione corrumpi ac circumveniri ſoleant) niſi Ordinibus prompta ad manum eſſent remedia, quibus rectè atque ordine malis artibus obviam iretur; & Princeps non ſolum officii ſui in cuſtodiendis privilegiis & tutanda publica ſalute, omnium nomine admoneretur; verum etiam ſi ad tyrannidem declinaret ab ipſa Republica oppugnaretur. Atque eum in finem bipartiti ſunt Provinciales, & in Ordines duos diſtributi; in Nobiles videlicet, & Civitates.

Nobiles membrum unum conſtituunt, tum ſtemmatis ſplendore ac gentis dignitate (quæ tanta, abſque jactatione, eſt, & tam vetus, ut nulla alibi illuſtrior) tum Dynaſtiis & poſſeſſionibus per has regiones ſparſis. In quibus Dominiis ſupremam, mediam, & infimam præfecturam ſive juriſdictionem omnes ad unum ferè ſoli habent atque exercent. Hi è re nata in unum conveniunt, de ſtatu publico deliberaturi: & in comitiis una cum Civitatum legatis in commune bonum patriæ conſulunt.

Unus idemque eſt ferè cunctis civitatibus regiminis modus: nimirum,

Collegium Senatorum Urbicorum (à prudentia *Vroedtſchappen* vocant) ex inſigniori-

bus

bus civibus & patriciis eligitur; numero alibi XL. alibi XXXVI. alibi XXXII XXXIX. XXIV. aut XX. non excedente. Atque hæc collegia antiquitate cum ipſis civitatibus certant; aut certè monumenta, originem ipſorum prodentia, obliterata ſunt. Cooptati in eum ordinem eo munere quoad in vivis ſunt, aut civitate gaudent, fruuntur. In mortuorum verò aut demigrantium loca alii, ad explendum numerum, ex ipſis civibus communi collegarum conſenſu ſurrogantur. Penes hæc ſola collegia deliberandi, conſulendi ac decernendi de negotiis tam provincialibus, quam urbicis, jus poteſtaſque eſt. Quodque in iis collegiis deliberatum, conſultum & decretum, à tota plebe volentibus animis admittitur. Nec quiſquam id infringere, nedum impugnare unquam auſus.

Eliguntur in his collegiis quotannis ordinarii Magiſtratus, quatuor videlicet, treſve, vel duo Conſules; & ſeptem aut plures Scabini (ita Judices appellant,) annuo muneri fungendo. Hi in quibuſdam civitatibus abſolutè eliguntur, in quibuſdam verò duplicato numero nominantur: ex eo numero geminato Gubernator provinciæ eligit illos ſeptem vel plures (quos diximus) Judices.

Munus Conſulum, imperare rebuſque politicis adeſſe, tam in adminiſtrandis bonis urbicis reditibuſque, quam in conſervanda publica ſalute.

Scabini

Scabini juſtitiæ adminiſtrandæ vacant; & penes ipſos ſuprema, media, & infima juriſdictio eſt. Penes hæc Magiſtratuum collegia ſummum imperium eſt per Hollandiæ, Weſt-Friſiæ & Zelandiæ civitates, idque ferè ubique pari modo Ita ut Principes regionum iſtarum nihil quidquam ſibi vindicarint, præterquam jus Prætoris creandi, qui ipſorum nomine juſtitiam exſequeretur.

Hic ſtatus ipſiſſimus Reipublicæ urbium Hollandicarum ac Zelandicarnm.

Unde certò colligi poteſt, collegia hæc Magiſtratuum & Senatuum urbanorum, conjuncta cum Nobilium conventu, univerſum to tumque corpus Provincialium repræſentare. Nec ulla alia regiminis forma facilè inveniatur, quæ meliori cognitione cauſæ de rebu publicis ſtatuat, decernat, aut ſua decreta majori concordia, auctoritate, ac conſenſu exſequatur. Quamobrem nemini mirum vide debet, ſtatum harum provinciarum nunqua mutaſſe, & nulli alii facilè de perpetuita ceſſurum.

Ut verò hæc Nobilium & Urbium collegia aptè congregentur, & conſilia communicentur: nulla re id commodius, quam per erundem delegatos effici poteſt. Quotieſcuque igitur res ſeriæ incidunt, quæ ipſorum pem & conventum requirunt, jam tum comitia conſcribuntur atque evocantur, litriſque unà præcipui articuli & capita inſeru

tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tur. Quibus in collegio ventilatis & expenſis, decretoque ſuper iis facto, tales quibus maxima fidunt, ad præſcripta comitia ablegantur, cum poteſtate conſulendi ac decernendi quæ potiſſimum ad commune bonum & provinciarum commoda ſpectare judicabunt. Nobiles ſolenni & competenti numero ſe ſiſtunt. Civitates vero Conſulem cum nonnullis Senatoribus, idque eo numero, quem rei moles poſtulare videbitur, delegant. Atque his delegatis, durante bello, (ob varias neceſſitates) univerſim imcumbit, res omnes quæ ad publicam ſalutem & patriæ converſationem pertinent, cognoſcendi, pertractandi, deque iis omnibus ea ſtatuendi, quæ maximopere bono Reipublicæ faciant. Præſertim jura, immunitates & privilegia conſervandi, & quæcunque eadem infringunt propulſandi atque amoliendi. Hi porro delegati, cum ad hunc modum convenêre, exhibent nobis Ordines, non quod ipſi per ſe aut propriam auctoritatem Ordines ſint, ſed quod à potentioribus collegiis id muneris iis ſit demandatum, & auctores alios agnoſcant. Nec temerè credendum eſt, quemquam ſuo ambitu eo poteſtatis ſe promoturum. Nam præterquam quod populares ab hoc ambitu & ambitioſis omnibus natura ſua abhorreant; tale quid in liberam electionem cadere, à vero profectò alienum eſt. Nedum ut quiſquam in rebus hiſce adverſis cælitus immiſſis, rerum earum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

cupidine deflagraret, quarum adminiſtratio nil niſi ſummas difficultates ſecum vehat. Unde etiam malevolentium, qui præſtantiſſimos quoſque fideique ſpectatæ viros falſis perſuaſionibus ſeducentes, ſæpenumero ſiniſtram de optimis patriæ adminiſtris opinionem concitarunt, inimicitiæ odiaque veniunt, ſine ullo emolumento, exſpectanda. Qua de cauſa mandatorum hoc onus inter munera neceſſaria redigendum fuit. Et ſanè quibus Reipublicæ noſtræ ſtatus aliquatenus innotuit, conteſtari facilè poſſunt quantis molitionibus & machinationibus ad onera hæc ſuſcipienda delegati ipſi urgeri & cogi quodammodo ſoleant.

Iidem delegati dimiſſis comitiis actuum rationes auctoribus ſuis exactè reddere tenentur.

Hoc Reipublicæ noſtræ fulcrum, cui Hollandiæ, Weſt-Friſiæque & Zelandiæ ſtatus quingentis, ſexcentis ſeptingentiſque & amplius annis, juxta vetuſtiſſima quæque monumenta, innitebatur. Hoc illud ipſum eſt, quo iidem Status ſecundum Deum Opt. Max. in tantis bellorum diſcriminibus adverſus potentiſſimum hoſtem unanimes animos hactenus obfirmarunt. Ita ut tempore hujus belli nullum prorſus membrum non niſi ſumma vi à corpore noſtro avulſum, nullæ unquam civitates tumultuatæ, nulli milites in ſtudia contraria ſciſſi fuerint. Cujus poſt Deum omni-

omnipotentem nulla alia ratio reddi debet, quam quod maturatis conſiliis de plano levatoque velo res omnis peracta ſit. Unde accidit, ut multis etiam minoribus oppidis, quæ ad comitia antiquitus non vocabantur, certè iis, quæ intereſſe voluerunt, loca ſuffragiaque libera conceſſa fuerint, ut ita, cum ſingulis de adminiſtratione Reipablicæ conſtaret, onera (quibus alioqui ferendis impares videmur) æquanimiter tolerentur, unioque inviolatè cuſtodiatur. In quem quoque finem Nobilibus liberum fuit eo quo viſum numero ſe publico conventui ſiſtere: dummodo eſſent ii è Senatu majore, exceptis, qui privilegiis excipiuntur.

Quod ſi quis demonſtrare poſſit aliquem ex Nobilibus & Urbium delegatis contra præſcripta & ei mandata deliquiſſe (quod nos latet) omni tempore coram ſuis auctoribus cauſa dicenda eſt: & nolenti cauſam dicere, pœna ex legibus impendet. Et qui bona fide talia detegunt, optimos cives & Patriæ amantiſſimos æſtimamus. At qui Ordines ſuggillant & calumniantur, acta ipſorum contemptui & riſui habentes, graviter profectò hallucinantur, ſi exiſtiment, ſibi cum nobilibus & delegatis urbicis, tanquam hominibus privatis, rem eſſe, niſi una opera oſtendant aliquem eorum extra præſcriptos limites evagatum eſſe. Et quamquam plurimis per imprudentiam & innocentiam id ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

nus calumniç excidat, impune tamen ipſis eſt:
Patriæ verò hoſtes declaramus, qui ſtudio &
conſulto id agunt, in hoc unicè incumbentes,
ut ſubſtructionibus & fundamentis per cuniculos
quaſi concuſſis, ipſa domus tandem ſubruatur
& collabaſcat: cum damno tam Principis,
quam publici boni. Primò namque,
quænam Principis poteſtas ſine ſubditorum
conſenſu? Ecqua convenientia ipſi cum populo?
Ecqua ipſi ſubſidia ab eo exſpectanda,
ſi eo ſe pertrahi atque abduci patitur, ut cum
ipſis Ordinibus, qui Commune repræſentant,
vel (ut ita loquamur) cum populo inimicitias
exerceat. Secundò, quo pacto ſtabit Reſpublica,
ſi populus eo adducatur, ut ipſis Ordinibus,
id eſt, Nobilibus, Magiſtratibus & Senatoribus,
qui ſubditorum legitimi patroni & tutores,
quique in defenſanda plebe Principum
iras in ſe non rarò provocant adverſetur?

Unde ingenuis & cordatis omnibus liquidò
liquet, Rempublicam nullos pejores magiſve
nocentiores aut pernicioſiores in ſinu
fovere hoſtes, quam eos qui ſeſe univerſo
Statui totis viribus opponant. Sed tales eos
eſſe non cenſemus, qui demonſtrent aliquem
ex delegatorum numero commiſſionis ſuæ,
cujus antea meminimus, limites exceſſiſſe,
aliove modo officio ſuo defuiſſe.

Quapropter notum ſit omnibus, nos qui
penes Ordines ſummum imperium eſſe declaramus,
non intelligere hic privatos delega-

tos, ſed auctores ipſorum: videlicet Nobiles & Civitates, quas ſecundum demandata ii repreſentant. Id quod in contractibus cum Ordinibus Generalibus multi Principes & Poteſtates, ipſaque ſereniſſima Angliæ Majeſtas, excellentiſſimuſque Gubernator, cum Præfecturæ inauguraretur, optimè intellexerunt: nec à quoquam mortalium controverti aut in dubium vocari debet. Ita ut impetrare à nobis non poſſimus, ut credamus etiamnum exiſtere qui ſanis rationibus contrarium tueatur. Alioqui ſequeretur, Nobiles, Magiſtratus, Senatoreſque majores non nunc eadem qua olim (quod jam antea aſſertum) & nuper in contractibus Anglicis & admittendo Gubernatore, ſummi imperii exercendi poteſtate valere: & non ſolum contractus cum Anglis, verum etiam quæcunque Ordines eis annos quindecim pro libertate fortiter fecerunt, in controverſiam vocari poſſent. Quod nonniſi hoſtes noſtri ſunt facturi.

Hiſce omnibus ſatis ſuperque liquet, quam neceſſe præ ceteris ſit auctoritatem Ordinum ſartam tectam conſervari, ceu baſim imperii, cui tota ſalus Reipublicæ innitatur. Quæ profecto ſine maximo Reipublicæ noſtræ detrimento violari non debent. Unde perquam manifeſtum, ſummum rerum imperium non minus hodie quam antiquis Principum temporibus penes Ordines ſtare.

Decretum Hagæ Comitis XVI Julii, ſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

tumque S. C. fieri quod exhiberi poſſit. Actum Harlemi XVI. Octobris CIↃ IↃ LXXXVII.

Subſcriptum

Ex mandato Ordinum Hollondiæ,

Subſignatum

C. de RECHTERE.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ARTICULI
PACIS,
UNIONIS,
ET
CONFOEDERATIONIS

Perpetuò duraturæ, inter Sereniſſimum & Celſiſſimum Dominum OLIVARIUM, Dominum Protectorem Reipub. Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, &c. ab una: Et Celſos Potenteſque Dominos ORDINES GENERALES Fœderatarum Belgii Provinciarum ab altera parte concluſæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ARTICVLI

Pacis, Unionis, & Confœderationis perpetuò duraturæ, inter Sereniſſimum & Celſiſſimum Dominum OLIVARIUM, *Dominum Protectorem Reipubl. Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, &c. ab una : Et Celſos Potenteſque Dominos* ORDINES GENERALES *Fœderatarum Belgii Provinciarum ab altera parte concluſæ.*

I.

IMprimis conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod ab hoc die ſit vera, firma & inviolabilis Pax, Amicitia, ſincerior intimior atque arctior Affinitas, Confœderatio, & Unio inter Rempubl. Angliæ, atque Ordines Generales Fœderatarum Belgii Provinciarum, terraſque, regiones, civitateſque ſub utriuſque ditione ſine diſtinctione locorum poſitas, earumque Populum & Incolas cujuſcumque demnm gradus fuerint.

II.

Item, uti in poſterum omnis inimicitia, hoſtilitas, diſcordia & bellum inter dictas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Reſpub. earumque populares & ſubditos ceſſabit, atque utraque pars omnibus læſionibus, direptionibus, deprædationibus, injuriiſque per terram, mare, & aquas dulces, in omnibus ſuis terris, regionibus, dominiis, locis & præfecturis quibuſcunque deinceps abſtinebit.

III.

Item, quod omnes offenſæ, injuriæ, ſumptus & damna, quæ pars una ab alterâ pertulit poſt $\frac{18}{28}$ Menſis Maji Anni 1652. delebuntur, atque è memoria eradentur, eo modo quo neutra dictarum partium alteri negotium faceſſet ob aliquod iſtiuſmodi damnum, offenſam, injuriam, aut ſumptus: ſed omnis & cujuſcunque eorum perfecta erit hunc in uſque diem abolitio, atque omnes eo nomine lites actioneſque caſſæ nullæque erunt: exceptis iis deprædationibus, quæ *in Maribus Britannicis* committentur, poſt ſpatium duodecim dierum; atque *intra Maria Britannica & Promontorium Sti. Vincentis*, poſt ſpatium ſex hebdomadum; & inde *in Mari Miditerraneo & ad Æquatorem* uſque, poſt ſpatium decem hebdommadum, atque *ultra Æquatorum*, poſt ſpatium octimeſtre, à publicatione Pacis numerandum, vel immediatè poſt ſufficientem notitiam Pacis in dictis locis factam, atque omnes deprædationes, damnorumque illationes, quæ ab alterutra parte poſt tempora præfinita, vel notitiam antedictam factæ ſeu com-

miſſæ fuerint, in rationum reddendarum tabulas referentur, quæque ablata ſunt reſtituentur, damnaque inde naſcentia conpenſabuntur.

IV.

Item, uti omnes bello capti, cujuſcunque gradus, ſeu quocunque loco ſint, liberè abſque pretio utrinque dimittantur.

V.

Item, uti ambæ Reſpub. maneant Amici, Confœderati, neceſſitudine & amicitia conjuncti & adſtricti ad libertates atque immunitates populi alterutrius, contra quoſcunque demum tuendas, qui utriuſve Status pacem terra marive diſturbare conabuntur, vel qui infra alterutra dominia degentes publici libertatis populi hoſtes denunciabuntur.

V I.

Item, quod neutra dictarum Rerumpubl. quidquam aget, faciet, molietur, tractabit, aut attentabit adverſus alteram, vel populum alterutrius quocunque in loco, ſive terra, mari, portubus, diſtrictibus, ſinubus, & aquis dulcibus, quacunque occaſionc; nec earum altera vel populus alterutrius dabit, præſtabit, vel ſubminiſtrabit ullum auxilium, conſilium, ſeu favorem; neque quicquam agi, tractari, vel attentari ab alio quoviſcunque aſſentiet in damnum aut præjudicium alterutrius, vel populi altcrutrius: Sed omnibus & ſingulis degentibus vel commorantibus infra alterutram Rempubl, vel infra unius vel alterius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Dominia exiſtentibus, qui contra alterutram Rempub. quicquam agent, facient, tractabunt, vel attentabunt; utraque expreſſè & cum effectu contradicet, renitetur, atque impedimentum realiter præſtabit.

VII.

Item, quod neutra Reſpublica, neve ullus ex populo alterutrius, Incolis, aliiſve in earum ditione commorantibus, alterius Reipubl. hoſtes aut rebelles quocunque ſubſidio, conſilio, ſtudio, fovebit vel adjuvabit, ſed expreſſè contradicet atque efficaciter obſtabit, ne quid auxilii aut adjumenti ab ullo qui aut ex populo, incolis, vel commorantibus in alterutra Republica fuerit, ullis iſtiuſmodi hoſtibus aut rebellibus prædictis, ſeu ſint viri, naves, arma, bellicus apparatus, aliaque bona interdicta, neque etiam pecuniæ, aut commeatus, ſeu victualia, mari vel terra ſvbmittantur aut ſuppeditentur, atque omnes naves, arma, bellicus apparatus, aliave bona interdicta, etiam pecuniæ aut commeatus ad quamcunque perſonam vel perſonas pertinentia, quæ contra ſenſum hujus Articuli ſubmittentur aut ſuppeditabuntur, eidem Reipub. addicentur & in fiſcum cedent.

Quin & ii qui ſcientes & volentes quicquam contra ſenſum hujus Articuli fecerint, commiſerint, attentaverint, conſiliumve dederint, utriuſque Reip. hoſtes judicabuntur, in eaque Reipub. ubi id commiſſum aut perpetra-

petratum fuerit, perduellionis pœnas luent. De ſpecificatione autem earum Mercium quæ prohibitæ aut contrabandæ cenſebuntur, convenienti tempore per Commiſſarios conveniatur, ita tamen ut interim ſit abſque præjudicio eorum quæ poſita ſunt in hoc Articulo.

VIII.

Item, quod utraque Reſpublica ſibi mutuò, ſincerè & fideliter prout opus fuerit, contra alterutrius hoſtes rebelles, terrâ marique opem feret, viris & navibus eâ proportione, eoque modo, iiſque conditionibus, de quibus poſtmodum convenerit, prout neceſſitas & rerum alterutrius ratio tulerit; ſumptibus tamen & expenſis illius partis quæ auxilium rogaverit.

IX.

Item, quod neutra dictarum Rerumpublicarum populuſve alterutrius hoſtem vel hoſtes, rebellem vel rebelles, profugum vel profugos alterius Reipublicæ declaratos, vel declarandos, in ejus dominia, terras, regiones, portus, ſinus, aut diſtrictus, eorumve aliquod recipiet, neque iis vel eorum alicui in prædictis locis, vel aliquocunque etiam extra ſua dominia, patrias, regiones, terras, portus, ſinus, aut diſtrictus, auxilium, conſilium, hoſpitium, milites, naves, pecunias, arma, apparatum bellicum, vel commeatum concedet, præbebit, aut miniſtrabit, Neve alteruter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ter Status iſtiuſmodi hoſtes, rebelles, profugos, à quacunque perſona vel perſonis recipi permittet in ſua dominia, patrias, regiones, terras portus, ſinus, diſtrictus; nec iſtiuſmodi hoſtibus, rebellibus, profugis, ullum auxilium, conſilium, hoſpitium, favorem, arma, apparatum, milites, naves, pecunias, aut commeatum præſtari, miniſtrari, aut concedi permittet; ſed expreſſe & cum effectu contradicet, obſtabit, atque impedimentum realiter præſtabit.

X.

Item, quod ſi alterutra dictarum Rerumpubl. aliquem vel aliquos, ſuum vel ſuos fuiſſe & eſſe hoſtem vel hoſtes, rebellem vel rebelles, profugum vel profugos, & in ſua dominia, territoria, patrias, portus, diſtrictus, vel eorum aliquod receptum vel receptos eſſe, aut ibidem commorari, latitare, vel profugium ſibi quærere, per literas ſuas publicas & authenticas alteri ſignificaverit & declaraverit; tunc illa Reſpubl. quæ hujuſmodi literas receperit, vel cui taliter ſignificatum vel declaratum fuerit, intra ſpatium viginti octo dierum à die prædictæ ſignificationis proxime & continue numerandum, tenebitur dicto hoſti vel hoſtibus, rebelli vel rebellibus, profugo vel profugis præcipere & mandare, ut extra ſua dominia, patrias, regiones, terras, diſtrictus, & eorum quodlibet ſinguli recedant & exeant, Et ſi quis prædictorum hoſtium, rebel

rebellium, aut profugorum intra quindecimum diem à die hujuſmodi pręcepti & mandati non receſſerit vel exiverit, ſinguli morte atque amiſſione prædiorum & bonorum mulctabuntur.

XI.

Item, quod nullus rebellis, hoſtiſve publicus Reipublicæ Angliæ in aliqua caſtra, oppida, villas, portus, diſtrictus, vel alia loca ſive privilegio donata ſive non donata, quæ aliqua perſona cujuſcunque Status & Dignitatis exiſtat vel exiſtet, infra Dominia & territoria Fœderatarum Provinciarum quocumque jure vel titulo tenet vel poſſidet, vel deinceps tenebit vel poſſidebit, recipietur: nec in ea per aliquam perſonam cujuſcunque ſtatus aut dignitatis fuerit, recipi vel in iiſdem commorari permittetur aut tolerabitur: Neque Domini Ordines Generales Fœderatarum Provinciarum alicui hujuſmodi rebelli, hoſtive publico in locis prædictis, in navibus, militibus, pecuniis, commeatu, aut alio quocunque modo auxilium, conſilium, aut favorem per aliquam perſonam cujuſcunque ſtatus aut dignitatis fuerit, de cætero dari aut præſtari permittent aut tolerabunt; verum id publicè & diſertè prohibebunt, atque efficaciter impedient. Et ſi aliqua perſona vel perſonæ cujuſcunque ſtatus aut dignitatis fuerint, manens vel degens, manentes vel degentes infra dominia Fœderatarum Provincia-

rum,

rum,earumve poteſtates contra hnjuſmodi
conventionem aliquid fecerit ſeu fecerint;
quod tunc omnes & ſingulæ perſonæ taliter
facientes,omnibus ejuſmodi caſtris , oppidis ,
villis , prædiis , cæteriſque locis , quæ illi vel
eorum alter eo tempore habent vel habet , vel
quocunque jure & titulo ſe habere præten-
dent aut prætendet, pro termino vitæ ſuæ
exuentur & privabuntur. Pariter nullus re-
bellis,hoſtiſve publicus Ordinum Fœderata-
rum Provinciarum in caſtra , oppida , portus,
cæteraque loca , eorumve aliquod ſive pri-
vilegio donatum , ſive non donatum , quod
quælibet perſona vel perſonæ cujuſcunque
ſtatus aut dignitatis exiſtat aut exiſtant , quo-
cunque jure aut titulo tenet aut tenent,poſſi-
debit vel poſſidebunt , infra Rempub. Angliæ
vel Dominia ejus recipietur,vel à quacunque
perſona vel perſonis recipi inibique verſari
permittetur. Neque Reſpubl. Angliæ alicui
hujuſmodi Rebelli hoſtive publico in locis
prædictis , in Navibus , militibus , pecuniis,
commeatu , aut alio quocunque modo auxi-
lium , conſilium , aut favorem per aliquam
ejuſmodi perſonam vel perſonas cujuſcun-
que gradus ſit , de cætero dari aut præſtari
permittet aut tolerabit ; ſed publicè & diſer-
tè prohibebit atque efficaciter impediet. Et
ſi quis è popularibus Republ. Angliæ , vel
infra illius poteſtates, contra hujuſmodi con-
ventionem quidquam fecerit vel attentaverit
omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

omnes & ſingulæ perſonæ taliter facientes omnibus iſtiuſmodi caſtris, oppidis, villis, prædiis, cæteriſque locis, quæ illi vel eorum alter id temporis habent aut habet, vel quocunque jure ſeu titulo ſe habere prætendent aut prætendet, pari modo pro termino vitæ ſuæ exuentur & privabuntur.

XII.

Item, quod Reſpublica Angliȩ, populuſque Anglicanus, omneſque ejus Reipubl. incolæ; item prædictæ Fœderatæ Provinciæ, earumque populus & incolæ cujuſcunque ordinis & conditionis fuerint, ad ſeſe mutuò rebus omnibus humaniter atque amicè tractandum obligabuntur, uti terrâ vel aquâ alterutrius regiones, oppida, pagos, ſive muro incincta ſeu non incincta, ſive munita ſeu non munita, portus etiam & univerſam partis utriuſque ditionem in Europa liberè & ſecurê adire poſſint, in iiſque verſari & commorari quandiu voluerint, ibique ſine ullo impedimento commeatum ſuis uſibus quantum neceſſe erit coëmere, atque etiam negotiari & mercaturam facere, quocumque mercium genere ipſius videbitur, eaſque advehere ſuo arbitratu, aut exportare, dummodo quæ ſtatuta ſunt portoria ſolvant: ſalvis etiam alterutrius pariter Reipubl. legibus & ſtatutis omnibus. Ita tamen ut populus & incolæ utriuſque partis commercium ſuum exercentes in alterutrius regio-

regionibus & ditionibus non obligentur in poſterum plus portorii, cenſus, vectigalium, aut aliorum tributorum ſolvere, quàm pro rata proportione quam alii extranei ſolvunt in iiſdem locis mercaturam exercentes.

XIII.

Item, quod Naves & Navigia dictarum Fœderatarum Provinciarum tam bellica & ad hoſtium vim propulſandam inſtructa, quàm alia, quæ alicui è navibus bellicis hujus Reipub. *in Maribus Britannicis* obviam dederint vexillum ſuum è mali vertice detrahent & ſupremum velum dimittent, eo modo quo ullis retro temporibus ſub quocunque anteriori Regimine unquam obſervatum fuit.

XIV.

Item, in majorem commercii & navigationis libertatem conventum & concluſum eſt, quod neutra dictarum Rerumpub. in portus ſuos, urbes, & oppida recipiet, aut ſinet ut ullus ex populo & incolis alterutrius, recipiat piratas aut prædones, iiſve hoſpitium auxilium, aut commeatum præbeat: verùm operam dabit ut prædicti piratæ & prædones eorumve piraticæ participes, conſcii & adjutores, in aliorum terrorem inveſtigentur capiantur, & merito ſupplicio puniantur omneſque naves, bona, & merces piraticè ab iis captæ, atque in portus alterutrius Reipubl. advectæ, quæ quidem inveniri poterunt, imo etiamſi venditæ ſint, juſtis dominis reſtituentu

tur, aut ſatisfactio dabitur vel earum dominis, vel iis qui per literas procurationis eas res vendicaverint, modo jus domini debitis ex lege probationibus in curia cauſarum maritimarum appareat.

XV.

Item ſi alterutra Rerumpub. Angliæ & Fœderati Belgii ullum fœdus, amicitiam, confœderationem, aut neceſſitudinem cum aliis quibuſcunque Regibus, Rebuſpub. Principibus, aut Statibus contrahet aut paciſcetur, una alteram ejuſque dominia in iis eorumve quolibet comprehendet, ſi comprehendi voluerit, atque de omnibus iſtiuſmodi amicitiæ & confœderationis tractatibus alteram certiorem reddet.

XVI.

Item, quod ſi acciderit, ut quam diu Fœdus, Amicitia & Societas hæc duraverit, ab ullo ex populo aut incolis alterutrius partis contra hoc fœdus aut ullum ejus membrum, mari, terrâ, aut aquis dulcibus quidquam fiat aut tentetur, Amicitia hæc, Fœdus & Societas inter has nationes non idcirco interrumpentur aut infringentur, verum integra nihilominus perſtabunt, vimque ſuam plenariam obtinebunt: tantummodo illi ipſi, qui contra Fœdus prædictum commiſerint, ſinguli punientur, & nemo alius: juſtitiaque reddetur & ſatisfactio dabitur illis omnibus quorum id intereſt, ab iis omnibus qui terra, mari, aut aliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

aliis aquis contra hoc Fœdus quidquam com-
miſerint ulla in parte *Europæ* ubivis locorum
intra *Fretum Gaditanum*, ſive in *America*, vel
per *Africæ Littora*, ulliſve in terris, inſulis
æquoribus, æſtuariis, ſinubus, fluminibus, ul-
liſve in locis *Caput Bonæ Spei* intra anni ſpa-
tium quàm juſtitia poſtulabitur. In omnibu
autem uti ſupra dictum eſt, ultra prædictum
Caput locis intra Menſes octodecim quàm ju-
ſtitia prædicto modo poſcetur. Quod ſi vero
Fœderis ruptores non comparuerint, nequ
ſe judicandos ſubmiſerint, neque ſatisfactio
nem dederint intra hoc vel illud tempori
ſpatium, pro loci longinquitate modò conſti
tutum, prædicti illi utriuſque partis hoſtes ju
dicabuntur, eorumque bona, facultates, & qu
cunque reditus publicabuntur, plenæque a
juſtæ ſatisfactioni impendenda erunt earur
injuriarum, quæ ab ipſis illatæ ſunt, ipſiqu
præterea cum in alterutrius partis poteſtat
fuerint, iis pœnis obnoxii erunt, quas ſu
quiſque crimine commeruerit.

XVII

Item, qnod populares Reipubl. Angliæ
quique ſub ejus ditione fuerint, poſſiut liber
tutò ac ſecurè in Fœderati Belgii Provinci
& ſingulis ſuis ditionibus in Europa, perq
eas terrâ vel aquâ ad ulla in iis loca vel ult
eas iter facere, perque ulla earum oppida, pr
ſidia, munimenta tranſire, quæ ullis in loc
Fœderatarum Belgii Provinciarum, a
alib

alibi in earum ditionibus in Europa ſunt vel erunt, mercaturam in omnibus illis locis facientes, eorumque negotiatores, inſtitores, famulive, armati ſive inermes (armati autem non amplius quadraginta ſimul:) tam ſine bonis ſuis & mercimoniis, quam cum iis, quocunque ire voluerint: poterit item populus & incolæ Fœderatarum Belgii Provinciarum eadem libertate frui in omnibus Reipub. Angliæ ditionibus in Europa. dummodo in hujuſmodi commercio & mercatura ſinguli alterutrius Reipub. legibus & ſtatutis utrimque pareant moremque gerant.

XVIII.

Item, ſi naves Mercatoriæ unius aut alterius ſubditorum per tempeſtatem, vel piratas, vel aliam quamcunque neceſſitatem portum unius vel alterius Dominii intrent, inde ſecurè & liberè recedant cum navibus & mercimoniis abſque aliqua vectigalium aut aliorum jurium ſolutione; ita tamen ut onus non diſtrahant aut divendant, aut venale quicquam proponant; nec moleſtiæ qualicunque aut viſitationi ſubjicientur, modò nec perſonas aliquas, nec merces in navem receperint, aut quidquam egerint contra leges, ſtatuta, aut conſuetudines ejus loci ubi portus uti præmiſſum eſt, intraverint.

XIX.

Item, quod Mercatores, naucleri, Gubernatores, & naturæ alterutrius Reipub. earum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ve naves,bona, aut mercimonia in terris, portubus,navium ſtationibus, aut fluminibus alterius non prehendentur, vel ſub arreſto detinebuntur ex edicto quovis generali aut ſpeciali, ſive ad bellum, ſive ad quemlibet alium uſum; niſi ſumma neceſſitate id cogente; juſta etiam ſatisfactione ob id datâ : ita tamen ut detentionibus & arreſtationibus quæ ex jure & legibus alterutrius Reipub. rectè atque ordine fiunt, nihil hinc derogatum ſit.

XX.

Item, uti Mercatores utrinque, eorum inſtitores & famuli atque etiam naucleri aliique nautæ tam eundo quàm redeundo navibus per maria aliaſque aquas, quàm in portubus alterutrius aut in terram egreſſi, ſui ſuorumque bonorum defendendi cauſa, omne genus arma tam offenſiva quam defenſiva geſtent utanturque: verum ubi ad ſua quiſque hoſpitia ac diverſoria pervenerit, ibi arma ſua deponet ac relinquet, donec rurſus ad navem ſe receperit, aut eò commeare velit.

XXI.

Item, quod naves præſidiariæ ſeu bellicæ alterutrius Reipub. quamcumque in mari navem aut naves Mercatorias, quæ ad alteram vel alterius populum aut incolas, aut ad ullos ſociorum hoc Fœdere comprehenſos pertinuerint, quę eundem curſum tenuerint, idemve iter fecerint, obviam habentes, aut aſſequentes, præſidio eſſe, eaſque defendere tenebun-

buntur, quamdiu eundem curſum tenuerint, contra omnes & ſingnlos qui eas vi adorientur.

XXII.

Item, ſi qua navis aut naves,quæ populi aut ncolarum alterutrius Reipub. aut Neutrales licujus fuerint,in alterutrius portubus à quois tertio capiantur, qui ex populo aut incolis lterutriusReip. non ſit,illi quorum in portu, ut quacunque ditione prædictæ naves, captæ uerint, pariter cum altera parte dare operam enebuntur in prædictis nave vel navibus inſequendis & reducendis,ſuiſque dominis redlendis: verum hoc totum fiet dominorum mpenſis,aut eorum quorum id intereſt.

XXIII.

Item, quod ſcrutatores,cæterique id genus fficiales ex utraque parte ad normam legum lterutrius Reipublicæ ſeſe dirigent, neque lus imponent, exigentve, quàm per auctoriatem ſibi commiſſam, & accepta mandata ucucrit.

XXIV.

Item, ſi qua injuria ab alterutra Republ. uſve populo aut incolis, alterius populo aut ncolis illata ſit,ſive contra ullos hujus Fœdes Articulos, ſive contra jus commune, uti ullæ literæ repreſſaliæ, mercæ, aut contranercæ ab alterutra concedantur, donec juſtia prius juxta leges ordinarias poſtuletur. n autem illic juſtitia vel denegetur vel in

lon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

longum protrahatur, tum uti ſummus ejus Reipub. Magiſtratus ſive ejus delegati, cujus populus & incolæ injuria affecti ſunt, ab illa altera Repub. in qua juſtitia, ut ſupra dictum eſt, denegatur aut differtur, aut ab illa poteſtate quę hujuſmodi poſtulatis audiendis conſtitnta erit, publicè juſtitiam poſtulent, ut omnes ejuſmodi lites vel amicè componantur, vel ordinario legum proceſſu. Sin autem mora adhuc interpoſitat erit, neque jus reddetur, neque ſatisfactio dabitur intra tres menſes quàm hujuſmodi poſtulatio lata fuerit, tum demum uti literæ repreſſaliæ, mercæ, vel contramercæ concedantur.

XXV.

Item, quod illi qui ſpecialia diplomata aut commiſſiones ab alterutra Reipubl. obtinuerint, priuſquam illa diplomata accipiant coram eo judice qui ea ipſis exhibebit, ſufficientem fiduciarum cautionem interponent pe ejuſmodi homines qui reſpondendo pare ſunt, & non ejus navis ſocii aut participes, ſ nullum damnum aut injuriam alterutriu populo aut incolis illaturos.

XXVI.

Item, conventum & concordatum eſt, quo utriuſque partis populo ad portus utriuſqu liber ſemper erit acceſſus, in iiſdem commo rari, & inde rurſus recedere liberum ei lici tumque erit, non ſolum cum navibus Merca toriis & oneratis, ſed & cum navibus bellici

ſiv

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

ſive ad Rempub. ſpectent, ſive eorum ſint qui ſpecialia diplomata obtinuerint, ſive tempeſtatis vi, aut maris periculo intraverint, ſive ut naves reparent, aut commeatum coëmant, modo octonarium navium bellicarum numerum non excedant ſi ſua ſponte intraverint, nec diutius in portubus, aut circa portus hæreanr, quam ad navium reparationem, coëmenda victualia aliaſve neceſſitates fuerit neceſſé: Et ſi major navium bellicarum numerus, data occaſione, ad ejuſmodi portus velit accedere, eos intrare nequaquam erit licitum, niſi prius impetratâ ab iis veniâ ad quos portus illi prædicti pertinuerint, niſi tempeſtate compulſæ fuerint, quò maris pericula effugerent: Quod cum accidet, Præfectum ejus loci, aut Summum Magiſtratum ſtatim de cauſa ſui adventus certiorem facient, nec diutius ibi hærebunt, quàm illis à Præfecto aut Summo Magiſtratu permiſſum erit: nec in iis portubus commorantes hoſtile aliquid aut quicquam in præjudicium eorum molientur.

XXVII.

Item, conventum eſt, ut ſupra, quod Dom. Ordines Generales uniti Belgii curabunt, ut juſtitia fiat in eos, qui perpetratores aut participes erant homicidii Anglorum in Amboyna, quod Reſpub. Angliæ ita placuit qualificare, ſi modo aliquis eorum ſuperſtes erit.

XXVIII.

Item, quando quidem naves & bona quæ-

dam Anglorum prehenſa & detenta fuerint in dominiis Regis Daniæ à decimo octavo die Maij Anno 1652. utrinque conventum, concluſum & concordatum eſt, atque Ordines Generales ſeſe obligarunt, quemadmodum & his præſentibus ſeſe obligant, quod omnia & ſingula naves & bona detenta, uti prædictum eſt,& in ſpecie adhuc manentia,una cum vero & juſto pretio eorum quæ divendita, ſubducta,ſeu aliter diſpoſita ſunt, intra quatuordecim dies poſt appulſum mercatorum & nauclerorum quorum intereſt,vel procuratorum ſuorum,qui ea recipiant, reſtituentur : atque etiam damna quæ ex eadem detentione Anglis prædictis illata ſunt, compenſabuntur, prout de iis judicatum fuerint ab *Edovardo Winſtow, Iacobo Ruſſel, Iohanne Bex & Guilielmo vander Cruyſſen*, Arbitris indifferenter electis tam à parte Celſitudinis ſuæ,quam dictorum Ordinum Generalium (de cujus Arbitrii forma ſeu inſtrumento jam conventum eſt) ad examinanda & determinanda poſtulata mercatorum,nauclerorum,proprietariorum, ad quos dictæ naves, bona, & damna pertinent : Qui dicti Arbitri,in Auri fabrorum aula (vulgò *Gould-ſmiths-hal*) hic Londini viceſimo ſeptimo proximi Junii Styl. vet. convenient,vel citius ſi fieri poterit : Atque eodem die ſolemne juramentum ſuſcipient coram Judicibus ſupremæ Curiæ Admiralitatis Angliæ, ſe omni reſpectui & relationi utriuſque

Sta-

Status, & privati cujuſque commodo renunciaturos: Atque inſuper quod prædicti Arbitri à primo die Auguſti proxime futuri, niſi prius conſenſerint, in camera ſeparatim ab omnibus aliis tantiſper claudentur, abſque foco, candela, cibo, potu, aliove ſuſtentaculo, donec de rebus prædictis ad ſe relatis conſenſerint: Quæque ſententia ab iis lata fuerit, utramque partem devinciet & obligabit. Atque Ordines Generales Fœderatarum Provinciarum ad eandam præſtandam his præſentibus ſeſe firmiter obligant & divinciunt; nec non ad illam pecuniæ ſummam, quæ à dictis Arbitris adjudicabitur ſolvendam hic Londini, in uſum dictorum Proprietariorum, tali perſonæ vel perſonis, quam vel quas Celſitudo Sua nominaverit, intra viginti quinque dies poſt adjudicationem illam factam: Et dicti Ordines Generales ſummam quinquies mille librarum Anglicarum intra duos dies poſtquam inſtrumenta Ratificationis dictorum Articulorum Pacis mutuò extradita erunt, hic Londini pendent, verſus ſumptus à Mercatoribus, naucleris, vel procuratoribus ſuis ex itinere in Daniam faciendos; & ſummam vicies mille thaletorum Imperialium, ſive Rixdallers, talibus perſonis quas Celſitudo Sua nominaverit, intra ſex dies poſtquam eæ perſonæ illic appulerint, in mercatorum, naucler●rum, & proprietariorum uſum, ad naves ſuas reficiendas, & in reditum ſuum in-

ſtruendas: Quæ prædictæ ſummæ in partem ſolutionis cedent iſtius ſummæ quæ laudo Arbitrorum prædictorum continebitur. Quodque fiduciaria cautio & ſecuritas dabitur (de cujus cautionis forma jam conventum eſt) à ſufficientibus viris qui reſpondendo pares ſunt, hic Londini degentibus, ſeſe in ſummam centum & quadraginta mille librarum monetæ Angliæ obligantibus (cujus obligationis ſyngrapha, una cum inſtrumento ratificationis tradetur) quod reſtitutio ſecundum quod prædictum eſt, fiet, quodque ſubmiſſio & ſolutio tam viginti mille Thalerorum Imperialium quàm ſummæ aliorumque, quæ, uti prædictum eſt, adjudicata erunt, à parte ſua præſtabitur. Et ſi à parte Dominorum Ordinum Generalium omnes vel aliquæ prædictæ conditiones non efficaciter & realiter præſtentur modo & tempore præſtitutis, tunc pœna dictæ obligationis exigetur, & dicta ſumma centum & quadraginta mille librarum monetæ Angliæ tali perſonæ vel perſonis ſolvetur, quam vel quas Celſitudo Sua nominaverit, unde mercatorum, nauclerorum & proprietariorum damna reſarciantur.

XXIX.

Item, cum nonnullæ lites & quæſtiones inciderint inter Rempub. Angliæ & Regem Daniæ ratione detentionis navium & bonorum in priore Articulo nominatorum: atque Ordines Generales Fœderatarum Provinciarum

rum Naves & Bona prædicta reſtituenda in ſe receperint, & fiduciariam cautionem pro eadem reſtitutione, & ſolutionem damnorum juxta quod in priore Articulo præfinitum eſt, interponere conſenſerint, conventum, concluſum & concordatum eſt, quod his rite factis & præſtitis, omnes quæſtiones, lites, injuriæ atque hoſtilitates inter dictam Rempub. & Regem Daniæ ratione dictæ detentionis ceſſabunt, & perpetuæ oblivioni tradentur, ita ut dictus Rex cum Regnis & Dominiis ſuis in hoc tractatu & confœderatione, tanquam Amicus, comprehendetur, eo modo quo in eandem Amicitiam & Affinitatem cum utraque Repub. reſtituatur qua prius erat ante dictam detentionem, & quaſi nunquam ea interveniſſet: Nec non & Deputati ejus & Legari conſimili honore admittentur, quo Deputati & Legati aliorum Statuum qui Amicitia conjuncti ſunt.

XXX.

Item conventum eſt, ut ſupra, quod Commiſſarii utrinque quatuor tempore quo ratihabitiones extrahendæ ſunt, nominabuntur, qui ad decimum octavum Menſis Maij proximè Stilo Anglico, hic Londini conveniant, qui eodem tempore inſtructi atque autoritate muniti erunt, quemadmodum hiſce pręſentibus inſtruuntur, & ea autoritate muniuntur, ut omnes eas injurias eaque damna examinent & definiant, quæ Anno milleſimo ſex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

centeſimo undecimo,& deinceps, uſque ad decimum octavum Maji Anni 1652. Stili Anglici tam in Indiis Orientalibus, quàm in Groenlandia, Moſcovia, Braſilia, vel ubivis locorum, pars una ab altera ſe pertuliſſe cauſatur; & quorum omnium particularia ante præſcriptum diem decimum octavum Maij prædictis Commiſſariis ita nominatis exhibebuntur, eâ cum reſtrictione ut poſt præſatum diem nullæ omnino novæ admittantur: Si autem præfati Commiſſarii de prædictis differentiis ita particulariter ſcripto exhibitis & expreſſis, non conveniant intra trium Menſiũ ſpatium à præfato decimo octavo Maij die numerandum, quod eo caſu prædictę differentiæ ſubmittentur, ſicut & his pręſentibus ſubmittuntur judicio & arbitrio Cantonum Helvetiæ Proteſtantum, qui inſtrumento eo de quo ſimul cum hiſce conventum eſt, requirentur, ut eo caſu arbitrium illud aſſumant, & ſimiles Commiſſarios in eundem finem delegent, ita inſtructos, ut poſt exſpiratos illos tres Menſes intra ſex proximè ſequentes de iis judicium ferant: Et quicquid ejuſmodi Commiſſarii, aut major eorum pars, intra prædictos ſex Menſes determinaverint, utramque partem obligabit, & ritê perficietur.

XXXI.

Item conventum & concluſum eſt, quod utraque pars verè & firmiter obſervabit & executioni mandabit præſentem tractatum,

omnia-

omniaque & ſingula in eo contenta & comprehenſa, atque eadem ab alterutrius populo, ſubditis & incolis obſervari & præſtari efficaciter curabit. XXXII.

Item, ad majorem cautelam & ſecuritatem Pacis hujus & Confœderationis à parte Dominorum Ordinum Generalium Fœderatarum Provinciarum, earumque populo, ſincerè & bona fide præſtandæ, conventum & concluſum eſt, ſicuti & Domini Ordines Generales his præſentibus conveniunt, ſeque firmiter obligant & devinciunt, quod omnes & ſinguli quos aut quem, vel ipſi, vel Ordines Provinciarum quocunque demum tempore eligent, conſtituent, aut præficient Capitaneum Generalem, Gubernatorem, ſeu Præſidem primarium, ſive *Stadthouder*, Imperatorem exercituum ſeu militiæ in terra, vel Admiralium ſeu Prætorem Claſſium navium, copiarumve marinarum, obligabuntur & devincientur hunc Tractatum & omnia ejus Capitula juramento confirmare; itaque ſancte & cum juramento ſpondere, ſe quantum poſſint, omnia ea religioſe obſervaturos, & executioni, quoad eos ſpectat, mandaturos, & curaturos, ut ab aliis obſerventur & executioni mandentur.

XXXIII.

Item conventum, concluſum & concordatum eſt, quod præſens Tractatus, atque omnia & ſingula in eo contenta & concluſa, à dicto Domino Protectore dictiſque Ordinibus Gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

neralibus Fœderatarum Provinciarum per patentes utriuſque partis literas ſigillo magno munitas, debita & authentica forma intra quindecim dies proxime inſequentes (aut citius ſi fieri poterit) confirmabuntur & rati habebuntur, mutuaque inſtrumenta infra prædictum tempus hinc inde extradentur: nec non & Pax hæc & Confœderatio ſtatim à traditis & permutatis Inſtrumentis, forma & loco ſolitis, publicabitur; atque omnes hoſtilitatis actus hinc inde ab eo tempore ceſſabunt.

CVm in tertio Articulorum Pacis, Vnionis & Confœderationis initæ, ſtabilitæ & promulgatæ inter Sereniſſimum Dominum, Dominum Protectorem Reipublicæ Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ; Et Dominos Ordines Generales Vnitarum Provinciarum conventum ſit: Quod omnes injuriæ, ſumptus & damna, quæ pars una ab altera pertulit poſt $\frac{18}{28}$ menſis Maij Anno 1652. delebuntur atque è memoria tradentur, eo modo, quo neutra dictarum partium alteri negotium faceſſet ob aliquod iſtiuſmodi damnum. injuriam aut ſumptus; Sed omnis & cujuſcunque eorum perfecta erit hunc in uſque diem abolitio, omneſque eo nomine lites actioneſque caſſæ nullæque erunt exceptis iis deprædationibus, quæ in Maribus Britannicis committentur poſt ſpatium duodecim dierum, atque intra Maria Britannica & Promontorium Sancti Vincentis poſt

ſpa-

ſpatium ſex Hebdomadum, & inde in mari Mediterraneo & ad Æquatorem uſque, poſt ſpatium decem Hebdomadū, atque ultra Æquatorem, poſt ſpatium octimeſtre à publicatione pacis numerandum, vel immediatè poſt ſufficientem notitiam Pacis in dictis locis factam. Et cum de prædictis verbis quæſtiones nonnullæ forſitan oriantur, quæ litibus & diſcertationibus anſam præbeant; Præfatus Dominus Protector, & præfati Ordines Generales, quo omnis controverſia tollatur, quæ occaſione alicujus, in prædicto Articulo contenti, accidere poterit, unanimi conſenſu convenere & concluſere, atque his præſentibus declarant, omnibuſque & ſingulis popularibus & ſubditis ſuis reſpectivè palam faciunt, quod immediatè poſt Tractatus Pacis promulgaeionem, quæ jam facta eſt, omnes hoſtilitatis actus ubicunque in omnibus locis, in dicto tertio Articulo expreſſis, & ubique alibi ceſſabunt, & quod omnes deprædationes, damna & injuriæ, quæ ab una parta contra alteram facta ſeu commiſſa fuerint, poſt quartum diem Maij (ſtylo vetcri) proxime ſequuturum in quibuſcunque locis, quorum in prædicto Arsiculo mentio ſacta eſt, vel alibi, tam citra, quam ultra Æquatorem in rationum reddendarum tabulas referentur, & quæ ablata erunt poſt prædictum diem Maij, ſine aliqua forma Proceſſus reſtituentur, nec non & damna, indè naſcentia compenſabuntur. Et quo ſtipulatio hæc & con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

conventio magis innoteſcat, utraque pars eandem in juriſdictienibus & territoriis ſuis publicabit, & navibus ſuis bellicis aliiſque, tam quæ in portu, quam quæ ſuper Mari ſunt, eandem obſervare firmiter mandabit. In cujus rei ſidem & teſtimonium tam Domini Commiſſarii Celſitudinis Suæ, quam Legati Extraordinarii prædictorum Ordinum Uniti Belgii præſentes haſce manibus ſuis propriis ſubſignarunt. Actum 28, Aprilis ſtylo Angl. Anno 1654.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43

232

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 43